era mais chegado ao tempo da morte do ultimo possuidor, em razam do beneficio da retrotraçam introduzido por direito nas successoes condicionaes, pois assim como no caso em que enche a condiçam, se faz retrotraçam ao tempo da morte do ultimo possuidor, fingindo por este modo pertencerlhe a successam desde a hora em que morre o ultimo possuidor, assim tambem é converso no caso em que venha a caducar a dita condiçam, se faz retrotraçam, fingindo nam haver tal vocaçam, com que sempre o termo ad quem, he o q se ha de attender para a averiguaciam de se saber a quem se deferio a successam por morte do ultimo possuidor; & assim como no caso presente no termo, ad quem, que foi o tempo em que faleceu a ultima possuidora Catherina de Campos, fosse o em que se deferio esta successam, a quem por direito periucesse, & supposto que estava invisivel pela contingencia da condiçam dos casamentos, que estava pendente, se veio ao depois a declarar com a deficiencia da dita condiçam, fingindo pela dita retrotraçam, que a vocaçam dos sobrinhos não tivera em tempo algum existencia, & só ouvera a vocaçam do parente mais chegado, que tivesse a tal qualidate ao tempo da morte da ultima possuidora Catherina de Campos: & como no tal tempo quem tinha a dita qualidate era o dito Ieronymo Ferrão, por ser vivo nesse tempo, por quanto falecerá no anno de 1624. sendo de idade de 70. annos, & a dita ultima possuidora morreu no anno de 1583. fica sendo certo, que a elle se deferio a dita successao, & não a sua irmãa Ioanna Ferroa, pela preferécia que nelle se achava, & de mais pela qualidate de varão, & assim existir nelle a qualidate requerida na vocaçam ao tempo della, & da successao, que teve seu comprido efeito por morte da dita Catherina de Campos, posto que pendente da condiçam dos casamentos, com cuja caducaçam se deve entender, & haver por não escrita, o que nam concorre na dita Ioanna Ferroa, em quem existio sómente a qualidate requerida ao tempo que caducou a condiçam, mas nam ao tempo da successao, nem menos teve a qualidate de chamada, que he necessaria, & nam só a requerida, porque esta nam basta em quem nam foi chamado, como ella o nam foi, stante a pessoa de seu irmão, que foi o chamado, o qual direito porque se lhe deferio a dita successao ajudado pelo beneficio da retrotraçam, transmitio em seu filho Marcos Ferrão, & deste foi discorrendo na sua descendencia, & estâ hoje radicado na pessoa do filho do A. Ioam Rabello, como neto do dito Marcos Ferrão, & seu unico descendente, & bisneto do dito Ieronymo Ferrão, a quem se deferio o dito mor-

## Successione, & Erectione Majoratus, Cap. IX.

55

morgado. Nem menos tem accommodaçam no caso presente a prescripçam lineal de que o R. se quer ajudar, para excluir ao A. por quanto como esteja provado por toda a inquiriçam do A. que o dito Marcos Ferrão sempre vivera ausente desta Corte na sua quinta, no termo de Aldea Galega da Merciana, & o A. na sua quinta do Trucifal, ignorantes do direito que tinham a esta successam, & ainda agora tiveram delle noticia, tirando a certidam fol. 6. estando nessa ignorancia he certo, conforme a Direito, lhes nam poder prejudicar a dita prescripçam; & assim julgo pertencer a successam do dito morgado, de que se trata, ao menor João Rabello de Vasconcellos, filho do A. E condeno ao R. a que lhe largue o dito morgado com a restituição dos fructos da lide contestada até real enregua, que se liquidaram na execuçam, & nas custas dos autos. Lisboa 20. de Julho de 1678. Antonio Lejtam Rombo.

155 Ab hac sententia fuit appellatum ad Suplicationis Senatum, & ibi fuit confirmata à Iudicibus. Almeyda. Vanveslem. Quifel. Die vigesimo quarto Decembris 1680. Et fuit fundata in deliberationibus sequentibus.

156 Gravissimas, quæ ad processus decisionem conducere videbantur, quæstiones, mirifice unus, & alter celeberrimi Curiæ causarum patroni, tam in jure, quam in facto accerri me in exponendo dimicantes, & excitarunt, & subtili methodo digerentes, è juris visceribus plurima ingeniose eruentes, pro suo unusquisque clientulo firmo pede resolve re nisi sunt, magno Doctorum apparatu exornantes, & fortissimis in jure rationibus concludentes: Nos vero, quorum pro munere injuncto, præcipua mens esse debet ad veritatis scopum limare argumenta, brevitatem, quoad possibile fuerit, sestantes, superflua, quæ videbuntur, quamquam gravissima ea sint, & à doctissimis patronis adamussim discussa inspiciantur, vel omittemus, vel leviter attingemus, cum nil proficuum addi possit, ac ea tantum, quæ animum nostrum moveant ad causæ decisionem, pro viribus differemus.

Totius controversiæ fundamentum dedit 157 testatrix Ioanna de Campos in verbis elogij sui fol. 19. vers. & 20. quæ transcripsere utriusque partis patroni sum fol. 299. tum fol. 388. vers. quæ nos omitttere nolumus, ibi: Item a mais de toda a minha fazenda deixo ao dito meu marido Luis Lopes, para que elle coma os usosfructos em sua vida sómente, & por sua morte, sendo caso, que elle faleça primeiro, que minha irmã Catherina

de Campos, ficará tudo a ella em sua vida della, com tal condiçao, que elle dito meu marido tomará hum sobrinho seu, ou sobrinhos, com outro meu, & os casará, & lhe deixará a dita fazenda por morte de ambos, com obrigação de missa rezada para sempre. E sendo caso, que elle Luis Lopes nam queira deixar o seu, entam o casamento nam será, & ficará entam a minha fazenda ao parente, ou parenta a mim mais chegada.

Suum hoc testamentum approbavit Ioanna fol. 22. anno 1569. cum quo ultimum vitæ diem clausit, successit Ludovicus usufructuarius, & per decem annos vita functus sobrinos non copulavit matrimonio, sed ad ultimas vitæ clausulas secundo nuptus, uxoris primæ memoriam recordans anno 1576. fol. 234. scripturam quasi testamentariam approbavit, quæ subsequitur fol. 232. in qua ac si primæ dictæ suæ defunctæ uxoris de bonis ad libitum disponere posset, plurimas sobrinorum, qui inter se matrimonium ini rent, nominationes, & substitutiones fecit tam in nominatorum filijs, quam nepotibus, prout ibidem videri potest, ibique fol. 234. sibi facultatem revocandi, & aliter nominandi reservavit, casu quo ex secundo matrimonio filios haberet; emoriens postea anno 1579. fol. 231. testamentum suum approbavit, in quo factas nominationes post tempus mortis suæ ratificavit, & à primæ uxoris testamentarijs conditionibus divertens hæreditatem suam secundæ uxori Antoniae pro ejus vita fruendam reliquit fol. 227. restituendam sobrinis post dictæ secundæ uxoris mortem, si juxta suas nominationes factas matrimonium contraherent, & d. fol. 227. ad primæ uxoris hæreditatem morte cogente substitutæ Catherinæ demissam recipiens clausulam addidit, quod dicta substituta emortua, antequam sobrini per eum nominati nuptias contraherent, primæ uxoris hæreditas apud consanguineum depone retur, qui cautionem daret sobrinis, cum nuberent restituturum, quod itidem obser vari jussit circa suam hæreditatem post secundæ suæ uxoris mortem.

Catherina per sororem Ioannam Ludovicó substituta, ejusque secunda uxor hæres gravata, eo mortuo hæreditatem suam ab hæreditate primæ uxoris partitione facta, separarunt anno 1582. prout ex termino fol. 140. & seqq. post quod hæreditas Ludovi ci secundam suam uxorem sequuta ad extraneos usque adeo devoluta fuit, quod nul lam posthac hæreditati primæ uxoris iterum annexetur, ut evidenter colligitur ex petitione Procuratoris Cappellarum fol.

E iiiij

134

134. & vers. oblata anno 1612. fol. 133. hæreditas Ioannæ etiam per substitutam sororem Catherinam extraneis prorsus delata fuit, patet ex sententia fol. 135. vers. & seqq. & sœpe alibi; & quod magis est, spreta clausula depositi apud consanguineum faciendi sub cautione juxta dispositionem Ludovici fol. 227. vers. & seqq. omnibus, qui petierant, consanguineis clausa est janua per unam, & alteram Senatus sententias fol. 136. & 238. anno 1587. iterum fol. 242. anno 1588. postea fol. 282. 292. & 295. anno 1611. & 1612.

160 Et quamquam per dictas Senatus sententias stabilitum fuisset, hæreditatem Ioannæ vinculo perpetui maioratus subjectam esse, quia tamen gravissimis illis Patribus visum fuerat Ludovicum conditionibus uxoris primæ Ioannæ fol. 20. sufficienter paruisse fol. 232. & 227. dum conditionem nabendi pendere arbitrabantur, consanguineis actionem denegarunt usque ad annum 1646. quo in favorem consanguineæ Ioannæ Ferroa primo sententia lata fuit fol. 13. confirmata fol. 16. vers. satius putantes Patres illi gravissimi maioratus bona apud omnino extraneos præter institutricis votum per 63. annos libere fruenda vagari, quam proximioribus consanguineis à testatrice vocatis deferre, tot namque anni elapsi sunt ab anno 1583. quo Catherina moriens extraneis reliquit vinculata bona fol. 138. & 278. usque ad annum 1646. quo pro dicta consanguinea prima sententia lata fuit.

161 Hoc quantum iniquitatis præ se tulerit, nemo est, qui non videat, mihi vero iniquius patescit, cum pro certo habeam, Ludovicum conditionibus testamenti primæ uxoris fol. 20. ibi, Tomara, & cazarà, minime paruisse, dum in vita sobrinos matrimonio non conjunxit, sed tantum in testamento post decem decursos annos sobrinos nominavit, qui contracturi erant post ejus mortem matrimonium, seu potius eorum parentes, quorum fidei cōmissit, ut filios, quos vellent in matrimonio invicem copularent, extendens ad Sebastiani cuiusdam nepotes, non ne hoc ipsum in proprijs terminis decidit venerandæ authoritatis magister, Valasc. cons. 82. vers. fin. optime sane per inevitabiles juris rationes ab eo expensas, videatur quæso per totam illam consultationem: frustra ergo conditionis implementum expectabatur, cum emoriente Ludovico, quin sobrinos in vita sua matrimonio conjungeret juxta testaticis præceptum dict. fol. 20. ibi: Tomara, & cazarà; certum est et potestatiam illam conditionem omnino defecisse, ac

per consequens maioratum illico deferri debuisse proximiori consanguineo juxta vulgares juris regulas.

Accedit, quia Ludovicus juxta ejusdem 162 testaticis præceptum præcisè tenebatur per mortem suam, & Catherinæ substitutæ copulatis sobrinis bona relinquere, tam testaticis, quam sua propria ex verbis ibi d. fol. 20. Elhe deixará a dita fazenda por morte de ambos, & sendo caso que elle Luis Lopes nam queira deixar o seu ( quod intelligi debet juxta disposita proxime ibi, por morte de ambos ) entam o casamento nam ja, & ficará entam a minha fazenda ao parente, ou parenta a mim mais chegada. Plane Ludovicus Antoniae secundæ uxori hæreditatem suam reliquit deferendam sobrinis, qui numberent per mortem suam, & Catherinæ substitutæ, id est, por morte de ambos; sed post mortem dictæ secundæ suæ uxoris: ergo conditioni appositæ d. fol. 20. non paruisse censendus est, cum jam lippis, & tonsoribus pateat conditionem illam potestativam adimpleri per eum debuisse in specifica forma, non aliter, nec alio modo, cum conditio inducat formam omnino servandam, ita ut minimus etiam illius defectus vitiet actum, plures referens Reynos. observ. 44. n. 9. Peg. forens. cap. 1. num. 60. & seqq. Portug. de donat. reg. tom. 1. lib. 1. prælud. 2. §. 2. numer.

55.

His suppositis cum extra dubium jam sit 163 Hieronymū Ferraõ de Castelbranco Actoris proavum, à quo ipse jus suum dirivat, fratrem fuisse legitimum, & germanum Ioannę Ferroa de Castelbranco, à qua Reus jus sibi accipit, attestante ipsa Ioanna, ejusque viro Georgio Mascarenhas in articulis fol. 338. & seqq. & confirmantibus testibus ab eisdem productis à fol. 343. cum seqq. prout judicatum cernitur fol. 353. approbante Senatu fol. 355. nominis identitatem ostensa per subscriptionem mandati fol. 334. quibus omnibus jam Reus assensit fol. 404. n. 3. dubitari non potest defecta conditione per mortem Ludovici, dicto Hieronymo, exclusa sorore Ioanna, maioratum delatum fuisse, tum quia masculus, qui sorori etiam in alternativa, parente, ou parenta mais chegada, præferri debuit, & si junior esset, Gabriel Pereir. dec. 122. num. 1. & 2. tum quia ætate maior, ut probant testes fol. 98. 111. 125. & 131. præcipue quia proximiores ambo erant, tam Ioannæ institutricis, quam ultimæ legitimæ possessoris sororis Catherinæ, quippe qui earum erant patruelis fratres, ut deduxit dicta Ioanna Ferroa soror Hieronymi fol. 269. vers. & fir-

mavit

mavit sententia fol. 275. & nemo alius proximior reperiatur, ut ex actis patet, & quod Hieronymus eo tempore, quo dicta Catharina ultima possessor legitima decebat anno scilicet 1583. ut per sententiam fol. 278. vers. ad fin. & supposuit altera fol. 138. jam in humanis esset, colligitur aperte, quia ipse anno 1624. vitam exhalavit fol. 143. septuagenarius, ut per testes fol. 112. vers. & 130. igitur, &c.

<sup>164</sup> Fateor dictas sententias in contrarium latas urgere nimis, sententia namque declarans nullitatem actus praedjudicat omnibus interesse habentibus, cessante in hoc casu regula, res inter alios acta, &c. Cancer. 3. var. cap. 17. num. 41. Noguerol. alleg. 19. num. 19. & alleg. 15. num. 48. videndus a numer. 45. prout etiam acta fabricata super validitate, aut nullitate testamenti etiam in alia causa, & inter diversas personas, Salgad. in labyrinth. credit. p. 1. cap. 23. num. 31. & eodem modo quando sententia super facto obligacionis profertur, vel super validitate, aut nullitate instrumenti, Valeron. de transact. tit. 5. q. 3. num. 56. & 57. praeципue quando agitur de legitimitate, & statu personae, Noguerol. alleg. 36. num. 16. Salgad. sup. n. 29. Igitur cum per dictas sententias judicatum fuerit dispositionem testamentariani Ioannae Institutricis effectum habere non posuisse, dum conditionis implementum expectabatur, ita ut interim vocati proximiores consanguinei in defectum conditionis actionem non haberent, item quod Ludovicus nominando in testamento sobrinos, qui post ejus mortem matrimonium essent contracturi, sufficienter uxoris conditionibus paruerit, sequitur quod dictæ sententiae antecessoribus Actoris, & omnibus ex dicto testamento interesse habentibus etiam non citatis documento sint.

<sup>165</sup> Imo etiam si sententiarum iniquitas ex actis apparent suppositis receptis Doct. rum traditionibus, & apertis juris principijs, quo casu nullitate laborant, ex his quæ Salgad. supr. cap. 12. num. 23. & seqq. & p. 3. cap. 9. n. 2. & 6. optime Cancer. 2. variar. cap. 15. num. 56. & seqq. qui num. 59. & seqq. perbelle notat ad explicationem Ord. lib. 3. tit. 75. §. 2. Quod & si sententia contra ius litigatoris lata ius faciat irremovibile inter partes, fallit tamen, ubi ejus iniurias est notoria, quæ ex solo ejus tenore, aut actorum inspectione apparuit, Pereir. de Sout. de revisionib. cap. 64. num. 1. & seqq. Hermosilb. ad L. 31. gloss. 1. art. 8. tit. 5. part. 5. num. 291. post alios Peg. tom. 4. ad Ord. lib. 1. tit. 58. §. 25. num. 8. Tamen cum post eas latas 30. anni, & plures

transacti sint, jam eis contravenire Actor non potest, cum jus dicendi nullas ultra 30. annos non porrigitur, Barb. ad Ord. lib. 3. d. tit. 75. in princip. num. 1. Gabriel Pereir. dec. 76. num. 8. vers. sed puto verius, Salgad. de reg. protell. p. 4. cap. 3. num. 115. Phæb. 2. p. dec. 183. in fin. Pereir. sup. c. 6. n. 4.

<sup>166</sup> Sed subsistendum, regula namque illa tunc locum habet, quando de nullitate sententiae principaliter agitur, ad quod 30. anni viam excludunt, non si incidenter per viam exceptionis de nullitate tractetur, exceptio namque perpetuo durat, Barb. ad L. 3 num. 172. Cod. de præscript. 30. Deinde ut sententiae latæ alijs noceant, requiritur quod ipsi successores sint contendentes illius, contra quem sententiae latæ sunt, & quod ipse legislator legitimus esset contradictor, ex cōmuni pluribus relatis docuit Castilb. quotidianar. lib. 5. cap. 157. n. 28. dari namque semper debet identitas aliqua vera, aut interpretativa, seu representativa, ut sententiae noceant, Castilb. supr. cap. 104. num. 26. Gisurb. dec. 20. num. 2. Cancer. cap. 17. num. 190. cum seqq. 3. variar. post alios Peg. forens. cap. 4. num. 77. & seqq. Cyriac. contr. 591. n. 78. Plane, ut supra ostensum est, Hieronymus, qui tanquam proximior legitimus erat contradictor, nec litigavit, nec ad judicium usquam vocatus fuit, nec successor ullo modo litigantium considerari potest; ergo quoad illum, ejusque successores sententiae perinde inefficaces cooscribi debent, ac si res nulla judicata extitisset per text. in L. cum non iusto ff. de collus. detegend. optime Cald. Pereir. forens. lib. 1 q. 23. num. 85. vers. restringenda est etiam superior, & vers. sed prima opinio, ubi ex alijs tener, quod ut regula, res inter alios, limitetur, necessarium erat, quod actum esset cum eo, cuius principaliter intererat, tunc enim sententia omnibus sequentibus noceret, alias fecus, exornat Castilb. d. cap. 157. num. 28.

<sup>167</sup> Præterquam quod etiam si demus sententias illas contra consanguineos omnes esse etiam sortiri, ad hoc ut pro certo habeatur Ludovicum conditionibus paruisse, ne uxorius hereditas proximiori deferretur, dum pendentium conditionum effectus expectabatur, ob quæ contendentes consanguinei interim ab agendo repulsi sunt, putarem ego conditionis implementum ultra 30. vel 40. annos expectari non oportere, cum hoc spatium omnem actionis expectationem inefficiacem reddat, princip. instit. de perpet. & temporalib. act. probat Barb. ad L. omnes 4. n. 4. Cod. de præscript. 30. vel 40. annos. & illo ipsatio quocunque ius querendum prescribitur,

tar, idem Barb. ad L. 3. num. 153. sup. eod. prout etiam executio sententiae, & judicis officium, Barb. proxime num. 154. 159. & 160. cum enim conditionis, si nupserit, implementum in legatis ultra triennium à pubertate non porrigitur, Bart. in L. 2. §. ad filior. per text. ibi Cod. quando, & quibus quartapars debeatur, communiter receptus, ut per Gratian. forens. tom. 2. cap. 137. num. 9. & seqq. & tom. 3. cap. 154. num. 2. & seqq. ubi exornat, quippe quod æquum sit potestativam conditionem, quam primum esse adimplendam, L. hec condicio si in capitolium ff. de condit. & demonstrat. Aequitas postulat, quod in praesenti conditionis implementum inter sobrinos de nuptijs contrahendis, quod à viro gravato in vita sua fieri testatrix optavit in dictis verbis fol. 20. Tomarà, & cazarà, quæ ad ipsum dirigi aperte constat, ultra 30. annos post ejus mortem non porrigitur.

Plane si annos numeremus ab anno 1579. quo gravatus Ludovicus occubuit, adimplentur anno 1609. & 40. anno 1619. si ab anno 1583. quo substituta ultima possessor deceffit, 30. anni adimplentur anno 1623. & 40. anno 1623. ergo si per id temporis conditionem defecisse censendum est ex supra notatis, sequitur, quod Hieronymo institutricis, & primæ substitutæ sororis fratri patruei, & proximiori consanguineo, qui adhuc vitales carpebat auras, maioratus deferri debebat exclusa Ioanna sorore, ut ostensum manet, obiit namque dictus Hieronymus anno 1624. ut fol. 143. septuagenarius, ut supra probatum ostendimus.

His ergo ductus inevitabilibus juris principijs sententiam judicis confirmarem, quin necesse sit ad retrotractionis fictionem recurrere, quæ mihi tuta in ultimis voluntatibus non appetit ex his, quæ appositè infinitos referens tradit Fusar. de substit. q. 318. num. 30. & seqq. qui num. 33. Menoch. tandem laudat conf. 106. num. 78. ubi opinionem suæ contrariam recitat, & fundamenta jactat Castilb. lib. 5. cap. 90. numer. 27. ad fin. Portug. de donat. reg. tom. 1. lib. 1. prælud. 2. §. 2. num. 6. Namquam multum in consideratione sit deficiente conditione dispositio nem perinde haberi, ac si nunquam fuisse facta, Portug. supra num. 11. & §. 1. num. 21. ubi quod conditio habet oculos retro, sed quia circa hoc judicium nostrum inserere modo non cogimur, omitto; opinio vero Sess. de Macedo circa representationem inter omnino transversales ordinationem nostram violat, nec ultra fratres, fratribusque filios ultimi possessoris admittit Senatus.

Supererat tantum præscriptio allegata circa lineam Hieronymi, & formam succendi, de quo Cabed. Gabr. Pereir. August. Barb. & Larrea laudati fol. 319. num. 145 & fol. 428. vers. num. 4. tutiorem censem contrariam sententiam, quam pluribus relatis defendit Castilb. d. lib. 5. cap. 93. §. 9. per tot. qui num. 9. & seqq. Cabed. & Gabr. Pereir. opinionem reprobant, & argumentis in contrarium satisfa it; confirmetur igitur judicatum. Vlyssipone 8. Octobris anno 1679. Araujo.

Verba institutionis, ex quibus pender decisio præsentis controversiae, hæc sunt fol. 19. vers. & 20. Item a mais de toda a minha fazenda deixo ao dito meu marido Luis Lopes, para que elle coma os usos, & fructos ena sua vida sómente, & por sua morte, sendo caso que elle faleça primeiro que minha irmã Catherina de Campos, ficará tudo a ella em sua vida della, com tal condiçam que elle dito meu marido, tomara hum sobrinho seu, ou sobrinhos com outro meu, & os cazará, & lhe deixará a dita fazenda por morte de ambos, com obrigaçam de missarezada para sempre, & sendo caso, que elle Luis Lopes não quererá deixar o seu, então o casamento não seja, & ficará entam a minha fazenda ao parente, ou parenta mais chegada.

Institutrix Ioanna cum hac dispositione deceffit, & ejus maritus Ludovicus usufructuarius successit, & per decem annos vixit, & sobrinos matrimonio non conjunxit, sed tantum in scriptura fol. 232. & testamento fol. 227. in fine nominavit sobrinos, qui contracturi erant matrimonium post ejus mortem, & Catherina per sororem Ioannam Ludovico substituta eo mortuo successit.

Totius controversiae dubium est, an conditio, quam institutrix Ludovico apposuit de conjugendo matrimonialiter sobrinos, & eis sua bona relinquendo in supra relata dispositione in illis verbis d. fol. 20. Com tal condiçam, que elle dito meu marido tomara hum sobrinho seu, ou sobrinhos com outro meu, & os cazará, & lhe deixará a dita fazenda. Cum Ludovicus in vita sua non cojungeret sobrinos matrimonio juxta voluntatem institutricis, defecit, judicandum puto, quod Ludovicus non implevit conditionem, dum in vita sobrinos matrimonio non conjunxit, sed tantum in testamento illos, qui erant contracturi matrimonium, nominavit, ut in nostris terminis decidit Valafe. consult. 82. num. 12. vers. præterea, quia matrimonium erat celebrandum in vita sua, ut ibi, tomara, & ibi, & os cazará; quæ verba sunt personalissima, & soli ipsi Ludovico dirigun-

riguntur, *Gratian. forens. cap. 644. num. 23.*  
 & 24. & denotant factum viventis, quia  
 mortui non operantur, & conditio exigie  
 formale, & specificum implementum, *L.*  
*Mænius L. qui hæredi ff. de condit. & de-*  
*demonstr. Menoch. conf. 243. num. 24.* *Pere-*  
*grin. de fideicom. art. 16. num. 121.* *Fusar.*  
*de substit. q. 454. num. 24.* *Castilb. controv.*  
*tom. 5. p. 2. cap. 118.* *Larr. alleg. 40. num. 11.*  
 nec aliter, nec alio modo impleri potest,  
*Larr. alleg. 29. num. 32.* *Cyriac. controv. 62. n.*  
 43. optime *Portug. de donat. reg. lib. 1. pre-*  
*lud. 2. §. 2. n. 55.* & 58.

Et non solum defecit conditio ab institu-  
 trice Ludovico apposita, quoniam in vita  
 sua sobrinos matrimonio non copulavit, sed  
 etiam quia Ludovicus juxta voluntatem, &  
 præceptum ejus uxoris institutricis præcisè  
 tenebatur post mortem suam, & Catherine  
 substitutæ copulatis sobrinis bona sua re-  
 linquere, non tantummodo institutricis, sed  
 etiam sua propria, ut patescit ex verbis dis-  
 positionis d. fol. 20. ibi : *E lhe deixará a dita*  
*fazenda por morte de ambos,* & ibi : *E fendo*  
*caso, que elle Luis Lopes nim queira deixar*  
*o seu;* quod intell. g. debet juxta dictam dis-  
 positionem, ibi : *Por morte de ambos;* então  
*o razamento nam seja, & ficará então a mi-*  
*nha fazenda ao parente, ou parentu u mim*  
*mais chegada.*

Plane ex testamento Ludovici d. fol. 227.

175 vers. constat, quod ille Antoniæ secundæ  
 uxori hæreditatem suam reliquit in ejus vi-  
 ta, & per ejas obitu. in sobrinis, qui nabe-  
 rent, non per mortem ipsius Ludovici, &  
 Catherine substitutæ, id est por morte de am-  
 bos, ut tenebatur, sed post mortem dictæ sue  
 secundæ uxoris; ergo etiam Ludovicus non  
 implevit conditionem derelinquendo bona  
 sui sobrinis copulatis matrimonio, cum haec  
 per eum in forma specifica impleri debuit, &  
 non aliter, nec alio modo, ideoque dicen-  
 dum est, quod conditio defecit per mortem  
 Ludovici, cum in sua vita sobrinos matri-  
 monio non copulasset, nec eis sua bona post  
 mortem suam relinqueret, itaque defecit  
 eorum vocatio, ac per consequens successio  
 maioratus deferenda erat proximiore con-  
 sanguineo per obitum Catherine juxta se-  
 cundam vocationem.

Indubium est, quod Actoris proavus  
 176 Hieronymus Ferrão de Castelbranco, eo  
 tempore quo Catherine ultimi legitima  
 possetrix decepsit anno scilicet 1583. ut per  
 sententiam fol. 278. vers. ad fin. & supposuit  
 altera fol. 138. in humanis erat, ut patescit  
 per certitudinem fol. 143. ex qua constat,  
 quod ille decepsit anno 1624. septuagena-

rius, ut per testes fol. 112. vers. & 130. vers.  
 & patruelis frater erat, tam Ioannæ institu-  
 tricis, quam ultimæ possetricis legitima sor-  
 toris Catherine, ut deduxit Ioanna Ferroa  
 soror legitima dicti Hieronymi fol. 269.  
 vers. & firmavit sententia fol. 275. vers. &  
 nemo alias consanguineus proximior repe-  
 riebatur, ut ex actis recte patet, igitur ei suc-  
 cessio maioratus delata fuit per obitum ultimæ  
 possetricis Catherine defecta conditio-  
 ne per mortem Ludovici.

Et dubitari non potest, quod dictus Hiero-  
 nymus successit exēlusa dicta Ioanna Fer-  
 roa ejus sorore, tam quia masculus erat, &  
 præferri debuit, & si junior esset, *Ord. lib.*  
*4. tit. 100. §. 1.* *Pereir. dec. 122. num. 1.* & 2.  
 Tum quia etate maior erat, ut deponant te-  
 stes fol. 98. 111. 125. & 131. & quod dictus Hiero-  
 nymus Actoris proavus, à quo ipse  
 jus suum dirivat, frater sic legitimus, & ger-  
 manus dictæ Ioannæ Ferroa, à qua Reus jus  
 sibi accipit, attestantur ipsa Ioanna, ejusque  
 vir Georgius in articulatis fol. 338. & seqq.  
 & confirmarunt testes ab eis producti à fol.  
 343. vers. cum seqq. prout judicatum cer-  
 nit in sententia fol. 353. quam approbat  
 Senatus fol. 355. nominis identitate ostensa  
 per subscriptionem mandati fol. 334. vers.  
 quibus omnibus jam Reus assensit fol. 404.  
 n. 3.

Et licet sententia de quibus agunt certi-  
 tudines à fol. 122. nimis urgere videantur,  
 cum per eas judicatum esset dispositionem  
 Ioannæ institutricis effectum habere non  
 posuisse, dum conditionis implementum ex-  
 pectabatur, ita ut interim vocati proximo-  
 res consanguinei in defectum conditionis  
 actionem non haberent, item quod Ludovi-  
 cius nominando in testamento sobrinos,  
 qui post ejus mortem essent contractari ma-  
 trimonium, sufficienter uxoris conditioni-  
 bas paruerit; quia sententia lata in causa  
 maioratus omnibus successoribus nocet,  
*Molin. de primog. lib. 4. cap. 8.* *Peregrin. de*  
*fideicom. art. 53. num. 46.* *Pinel in L. 1. p. 3.* à  
 num. 43. *Cod. bon. mater.* *Giurb. dec. 1. num.*  
 15. *Pereir. dec. 26. n. 11.* & *dec. 52. n. 15.*

Nihilominus tamen predictæ sententiae  
 non possunt elidere resolutionem nostram,  
 quia ut sententia lata in causa maioratus suc-  
 cessoribus noceat, requiritur, quod ipsi suc-  
 cessores sint descendentes illius, contra quem  
 sententia lata est, & pretendant succedere ex  
 persona ipsius, non vero ex iure suo pro-  
 prio, & quod ipse litigator legitimus esset  
 contradictor, cum pluribus *Menoch. conf.*  
 501. num. 3. eleganter *Valenz. conf. 60. n. 27.*  
 & 28. ubi quamplurimos refert, *Castill.*  
 quorid.

quotid.lib.5.cap. 157. n. 28. Giurb. dec.20.  
num.2.

180 Plane Actor non est descendens illius, contra quem sententiæ latæ fuerunt, nec ejus proavus Hieronymus, qui tanquam proximior legitimus erat contradictor, nec litigavit, nec ad judicium usquam vocatus fuit, & Actor ex suo jure proprio prætendit succedere, ergo prædictæ sententiæ ei nocere non possunt, ex toto tit. ff. & Cod. res inter alios acta, & ex tit. Cod. quibus res judic. non nocet.

181 Et quando prædictæ sententiæ omnibus consanguineis nocere potuissent, & quia cōditio, ut in eis judicatum invenitur, non defecit per mortem Ludovici, quia ille conditionibus paruit nominando in scriptura, & testamento sobrinos, qui post ejus mortem contracturi erant matrimonium, & non erat deferenda successio consanguineo proximiōri, dum effectus conditionum pendentium spectabatur; judicandum videtur, quod cōditio defecit in vita Hieronymi, quoniam Catharina ultima possetrix deceſſit anno scilicet 1583. ut per sententiam fol. 278. vers. ad fin. & supposuit altera fol. 138. & Hieronymus deceſſit anno 1624. fol. 143. & à tempore mortis Catharinæ usque ad tempus mortis Hieronymi fuerunt transacti quadraginta anni, & quando institutor apposuit successori conditionem, ut nuperit tali personæ, hujusmodi conditio est adimplenda intra terminum trium annorum post pubertatem, quibus transactis successor non debet amplius admitti, L. 2 §. ad filior. Cod. quando, & quib. quarta pars debeatur lib. 10. ubi Bartol. Mantic. de conject. lib. 11. tit. 18. à num. 25. Gratian. forens. cap. 137. num. 9. & 10. tom. 1. & cap. 254. à num. 2. usque ad n. 10. tom. 2. Mier. de maiorat. 1. p. q. 50. numer. 94. Cum ergo ex actis constet, & sit in confessio, quod matrimonium inter sobrinos non fuisset celebratū post pubertatem intra terminum triennij à lege præfixum postea intra quadraginta annos, in quibus omnis actionis expectatio inefficax redditur, princip. inst. de perpet. & tempor. act. Barb. ad L. omnes 4. num. 4. Cod. de prescript. 30. vel 40. annor. & illo spatio quocunque jus querendum prescribitur, idem Barb. ad L. 3. num. 153. Cod. codem tit. pro comperto habendum est, quod successio maioratus Hieronymo deferenda erat, quia in humanis erat, quando conditio defecit, licet per obitum Ludovici non defecisset.

182 Non solum his fundamentis successio maioratus Hieronymo Actoris proavo delata fuit, sed etiam quia licet expectandum esset

tempus, quo matrimonium inter sobrinos celebratum non fuit, semper maioratus successio Hieronymo deferenda erat tanquam proximiori tempore, quo deceſſit Catharina ultima possetrix, quippe maioratus neque per momentum vacare potest, sed statim actu veloci legis possessorem, & successorem querit, eum scilicet, qui tempore delatae successionis proximior invenitur, Peregrin. de fideicommiss. art. 22. num. 72. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 10. num. 39. & 40. Valent. illustr. lib. 3. tract. 4. cap. 2. num. 9. Olea de cess. jur. tit. 3. q. 4. num. 14. Portug. de donat. reg. p. 2. lib. 1. cap. 11. n. 75.

Per mortem ultimæ possetricis Catharinae maioratus vacare non poterat, & sobrinos querere nequibat, non solum propter eorum incertitudinem ratione nominacionis, sed etiam quia adhuc matrimonium non erant contracturi, & ante implementum conditionis nullum jus eis erat acquisitum, & non nisi post impletam conditionem succedere poterant, ex L. si quis sub conditione ff. si quis omiss. caus. testament. Surd. conf. 91. num. 11. Peregrin. de fideicommiss. art. 43. num. 9. Menoch. conf. 452. num. 42. Quare consanguineum proximorem, qui inveniebatur, quæsivit, & cum Hieronymus esset proximior, ei successio delata fuit; nam quævis dispositionis effectus debeat esse in pendent, donec conditio purificetur, interim tamen dominium non debet esse in aere, sed sequenti successori revocabiliter deferendum erit, ita ut si illud jus, & dominium incipiat competere vocato sub conditione, resolvatur, & ad eum devolvatur, Molin. de primogen. d. cap. 10. num. 35. Roxas de incompat. p. 5. cap. 2. n. 50. Ex quo sequitur, quod licet successionis effectus potuisset esse in pendent, dum sobrini matrimonium non contrahebant, dominium tamen proximiori consanguineo Hieronymo per obitum Catharinæ delatum fuit non pleno jure, & irrevocabiliter, sed tantum revocabiliter, si conditio matrimonij inter sobrinos impleta esset, sed cum haec implementum non haberet, tunc dominium Hieronymo pleno jure, & irrevocabiliter acquisitum fuit.

Ultimum fundamentum, & magni pondaris, quod considerari potest in favorem Actoris, in eo consistit, quod matrimonium inter sobrinos effectum non habuit, ut est in confessio, qua de causa maioratus Ioannæ sorori Hieronymi judicatus fuit: igitur si conditio matrimonij inter sobrinos à testatrice non esset imposita, succedebat in maioratu proximior consanguineus per mortem ultimæ possetricis Catharinæ: ergo idem dicendum

dum est apposita conditione, quæ impleta non fuit, quia defectus conditionis facit, ut dispositio habeatur, ac si nunquam fuisse facta, quoniam habet oculos retro, *Tiraquel.* in *L.* si unquam verbo revertitur num. 177. *Cod. de revoc. donat. Valasc. consult.* 82. num. 11. *Larrea alleg.* 98. num. 5. & 6. *Cancer. lib. 1. variar. cap. 8. num. 213. Surd. de alim. tit. 5. 9. 4. num. 1. Castilh. eod. tract. cap. 41. num. 2. Portug. de donat. reg. lib. 1. prælud. 2. §. 1. num. 31.*

<sup>185</sup> Quam ob rem cum conditio de conjugando matrimonialiter sobrios impleta non esset, datur retrotractio, & resolvitur conditio, ac si à principio apposita non fuisse, & attenditur tempus testamenti, vel tempus, quo successio erat deferenda, si conditio non esset apposita, & non attenditur, nec consideratur tempus, quo implementum non habuit, *L.* necessario §. 1. ff. de pericul. & commod. rei vend. *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt.* 175. num. 12. & cons. 106. per tot. Ubi defendit, quod debet attendi proximitas tempore testamenti, & non tempore non implementi conditionis, & num. 85. respondet juribus à doctissimo Patrono adductis in favorem Rei, & eleganter, & eruditè omnibus, & alijs objectionibus in contrarium perpensis tatisfacit sapientissimus Patronus Actoris.

<sup>186</sup> His omnibus consideratis meritissimi Iudicis sententiam libenter complector, & veteriorem judico opinionem, quæ tenet, quod una linea non prescribit contra aliam nisi tempore immemoriali, quam sententiam sequuntur *Castilh. lib. 5. cap. 93. §. 8. num. 8. Molin. de primog. lib. 4. cap. 10. num. 3. Valasc. in just. acclamat. 3. p. §. 2. num. 29.* Igitur judicatum laudarem. Ulyssipone 31. Augusti 1680. Quifel.

<sup>187</sup> Late, & doctissime in prima deliberatione, quæ evanuit obitu deliberantis collegæ nostri, qui meliori fruitur ævo, hujus negotij series explanata fuit, & perpolita à præcedenti Domino sapientissimo, cui ego accedo, nec aliquid addo, ne dicta repetam, & tempus conteram ad alia necessarium. Ulyssipone 26. Novembris 1680. Vanvessem.

<sup>188</sup> Iam in hoc processu non dubitatur de germana fraternitate Hieronymi proavi Actoris cum Ioanna, quæ primo bona, de quibus contendit, vinculata sibi vendicavit, hoc namque clare patet ex depositionibus testium, ac instrumentis, quo supposito non dubitarem maioratum, de quo contenditur, ad Actorem pertinere per jus per proavum ejus acquisitum, ex ea ratione, quia perpensa, & ponderata verba institutionis à Pars II.

fol. 19. vers. & 20. conditionalia sunt, & ex defectu implemēti conditionis nulla redditur talis dispositio, ac si conditio scripta non fuisse, *L.* si quis sub conditione ff. si quis omis. caus. testament. Galganet. de condit. & demonstr. 1. p. cap. 87. num. 4. Peregrin. de fideicom. art. 43. num. 9. *Tiraquel.* de retract. §. 1. gloss. 2. n. 21. *Menoch. cons.* 452. n. 42. *Surd. cons.* 91. n. 11.

Deinde dispositiones testamentariæ ad unguem observari debent, ut voluntates testatorum perfectè adimpleantur, *L.* qui libertis §. hæc verba ff. de vulg. *L.* qui hæredi ff. de condit. & demonstr. *Menoch. cons.* 243. n. 24. *Fusar. de substit.* q. 454. num. 24. Peregrin. de fideicom. art. 16. num. 121. *Castilh. contr. tom. 5. p. 2. num. 118. Larrea alleg.* 40. numer. 11. Cum hoc de jure ita sit, illa dispositio testamentaria impleta non invenitur quoad sobrios, neque quoad Ludovicum maritum, bona namque sua prædictis non reliquit, sicque bona illius maioratus ad proximorem consanguinem spectant, & ita ad Hieronymum, tam ex ratione sexus, quam ex eo quod senior erat,

Defunctaque ultima possetrix adhuc vivente Hieronymo, ut in rerum natura erat, tum temporis jus succedendi in tali maioratu ad eum devolutum acquisitum fuit, & exinde Astori, qui per eum vendicare prædicta bona pertendit, & juste quidem, nam proximitas à tempore mortis ultimi possessoris desumenda est, *L.* 1. §. sciendum ff. de suis & legit. hæred. *L.* omnino 32. §. in fideicom. ff. de leg. 2. *Molin. de primog. lib. 3. cap. 9. num. 14. & 15.* Sicque ad Actorem jus succedendi perveit, & in eum ex Ord. lib. 4. tit. 100. succedere debet; circa sententias in favorem Ioannæ, atque Rei prolatas, & circa præscriptionem, ac representationem, satis dictum remanet à sapientissimo Patre, qui primo deliberavit tali modo, ut nihil dicendum superest, nisi tantum cum eo, & cum secundo Domino etiam eruditissimo convenire in confirmationem iudicis sententiaz. Ulyssipone die 21. Decembris anno 1680. Almeyda.

Atque ita manet probatum necessarium esse capacitatem, & proximitatem tempore mortis ultimi possessoris, & non attendi ad jus superveniens, ut diximus *Forens. cap. 4. num. 26. & seqq.* & tenet citati à Roxas de incompat. p. 5. cap. 2. n. 15. & seqq.

Sed his non obstantibus, quamvis hæc sententia tot argumentis, & authoritatibus sit fulcita, contrariam affirmativam, quod proximior natus, & conceptus, post delatam successionem excludat remotiorem, qui co-

tempore admissus fuit, sequuti sunt pluri-  
mi Senatus eximiae authoritatis, & erudi-  
tionis, & inter eos Senatus Mantuanus, ut  
per Surd. dec. 230. Cōfiliū Neapolitanum,  
de quo testatur Franch. dec. 169. Rot. Rom.  
dec. 593. num. 2. & 3. apud Farinac. Senatus  
Gracionopolitanus per Guid. Pap. dec. 511.  
num. 2. Senatus Mesanensis dec. 67. apud  
Giurb.

- 193 Defendunt hanc resolutionem post lon-  
gam disputationem, & testantur esse verio-  
rem, & magis conformem voluntati institu-  
toris, Bald. in L. peto §. fratre in fin. ff. leg. 2.  
Roman. conf. 134. num. 4. vers. quoad quar-  
tam, & conf. 438. num. 10. & 13. Paul. Castr.  
conf. 247. num. 3. vers. nuno venio vol. 1. So-  
cin. senior conf. 19. num. 5. & conf. 86. n. 11.  
vers. comprobatur vol. 3. & conf. 51. num. 45.  
vol. 4. Ruin. conf. 22. num. 7. conf. 35. num. 14.  
vers. secundo respondeatur, & conf. 122. n. 16.  
vers. secundo vol. 2. Socin. Inniō conf. 126. n.  
53. lib. 1. & conf. 172. num. 6. & seqq. lib. 2.  
Nata conf. 649. per tot. tom. 6. Roland. conf.  
70. num. 47. lib. 3. Cephal. conf. 3. 8. num. 57.  
vol. 3. T. Iaq. de retract. lign. § 1. gloss. 9. num.  
88. Menoch. conf. 97. num. 79. & 404. per tot.  
& conf. 500. num. 9. vers. quarta est dubita-  
tio, & conf. 1213. num. 20. 21. & 22. Iason in  
L. quoties à 1. num. 2. vers. secundo limita  
Cod. de fideicommiss. Ancharr. conf. 220. n. 2.  
Paris. conf. 71. num. 27. tom. 4. Dec. conf. 468.  
num. 29. & conf. 498 num. 20. Guilherm. Be-  
nedit. in cap. Raynumius verbo, & soboles n.  
49. de testam. Decian conf. 60. per tot. vol. 1.  
Zancus in L. hæredes mei §. cum ita ff. ad  
Trebel. num. 262. Boer. dec. 172 num. 6. Petra  
de fideicommiss. q. 11. num. 582. & seqq. Iserra-  
nia in rubric. de eo qui sibi, & hæred. suis n. 1.  
Curt. Iun. conf. 140. num. 3. tom. 1. Cels. Hugo  
conf. 26. num. 47. vers. & hoc, Magon. dec.  
Florent. 91. num. 18. Peregrin. dec. 150. n. 25.  
Faqhin. lib. 4. contr. cap. 188. per tot. ubi res-  
pondet ad contraria, Thesaur. lib. 3. forens.  
cap. 84. num. 8. ubi reprobatur Molin. Alex.  
Raud. de analog. lib. 1. cap. 34. num. 320. us-  
que ad num. 340. Mandel. de Alba conf. 759.  
num. 5. & tenent quos allegavimus Forens.  
resol. d. cap. 4. num. 105. in secunda impressio-  
ne, Roxas de incompat. maior. p. 5. cap. 2. n. 32.  
& optime Hieronym. Palma Nepos alleg. 43.  
& num. 8. & seqq. de qua re vide Olea in add.  
noviss. pag. 46. eleganter Raud. de analog.  
cap. 34. num. 325. & seqq. Thesaur. forens.  
lib. 3. q. 84. & in filio Banniti Luca tom. 10.  
de maiorat. divers. discurs. 10. n. 5. & seqq. &  
discurs. 29. num. 11. & 12. alios refert alter  
Luca de linea legal. art. 12. num. 53. pag. 243.  
vers. alijs, & pag. 242. vers. Cabrer. de met.

lib. 2. cap. 9. num. 22. & num. 30.

Et quamvis aliqui DD. loquantur in ca-  
su successionis delatas per alienationem, &  
non per mortem, eadem ratio militat in  
utroque casu; quia cum sit certa, & indis-  
bitabilis, inclusio, & substitutio vocari in casu  
sum alienationis, idem dicendum est de illa  
in mortis casum; nam in casum alienationis  
jam erat jus quæsumum ei, qui tempore aliena-  
tionis natus erat, & solum deficiebat sen-  
tentia, non quæ jus daret, sed declararet, &  
sic jus erat perfectè quæsumum, & hoc non  
obstante, dicunt DD. natum post alienatio-  
nem, si est proximior, posse avocare succes-  
sionem jam delatam, & continuatam in na-  
tum, & obtinere debet, dummodo natus sit  
ante sententiam declaratoriam, ut tenet idem  
Molin. d. lib. 3. cap. 10. num. 44. quem se qui-  
tur Petra d. q. 11. num. 584. plusquam vi-  
ginti DD. q. 318. num. 107. & 115. Castilh. d.  
lib. 5. cap. 91. num. 51. Giurb. in conf. Senat.  
Messan. p. 1. gloss. 4. num. 106. Ruin. conf. 22.  
lib. 2. Peregrin. de fideicommiss. art. 22. n. 75.  
Costa de retrostat. lib. 1. cap. 7. Mart. de suc-  
cess. leg. p. 1 cap. 22. Flores de Men. ad Gam.  
dec. 27. Salzed de repreſ. lib. 2. cap. 2. numer.  
28. Alvarad. lib. 2. cap. 3. num. 102. ibi: Si  
vero tempore alienationis rerum maiorie pro-  
ximior Titus erat ultimo possessori, sed nas-  
catur Sempronius, qui illum antecedit in linea,  
& gradu, licet verum sit, quod hoc casu in  
successione maiorie dies alienationis, & dies  
mortis æquiperantur, ut fatentur omnes, qui de  
bac re loquuntur, nihilominus quia judicis  
declaratio requiritur, postulante Titio priori lo-  
co nato, & æquitas suggestit proximior posse a  
ante vindicationem, & declarationem istam  
natus, puta Sempronius, admittendus est: & haec  
verba quasi referunt etiam Molin. d. n. 44.  
vers. sed quamvis, Castilh. d. cap. 91. num. 49.  
vers. quod, & ex Olea Nós diximus d. cap. 4.  
forens. num. 100. in una, & altera impressione,  
& vide infra num. 415. & Roxas de incompat.  
d. cap. 2. p. 5. n. 33. & seqq.

Probatur haec resolutio ex text. in cap. 1. 195  
de eo qui sibi, & hæredibus suis Masculis, ut  
interpretatur, quos refert Molin. d. cap.  
10. num. 25. Peregrin. dec. 150. num. 25. Hugo  
Cels. conf. 26. num. 48. & probat text. in L.  
in substitutione 31. ff. vulgari, & L. si quis  
hæredem 7. Cod. de inst. & subst. & pro hac  
refert Molin. octo fundamenta d. cap. 10. n.  
16. usque ad 25. videlicet, quod in primoge-  
nitorum successione, semper vocatur sequens  
conditionaliter in defectum proximioris, seu  
in defectum filiorum alieujus, & ad hoc ut  
purificetur haec conditio, & fiat locus sub-  
stitutioni sequentis, necessario expectanda  
est

Et tenor deliberationum est sequens.

Mignam, ac difficilem causam nobis decidendam offert processus iste, magnam, quia in ea agitur de duobus maioratibus, à duabus Illustrissimis Praesulibus, Martino, scilicet, Bracharensi Archiepiscopo Hispaniarum Primate, & Roderico Episcopo Lamecensi institutis, amplissimorumque reddituum, inter illustres successionis eorum pretensores. Difficilem, quia pendet à gravissimorum Doctorum resolutionibus inter se pugnantium, difficilioremque redditam ex abundantissimis Doctissimorum Patronorum perorationibus, in quibus unusquisque clientuli sui jus propugnat, ut nimis arduum sit disjicare, cuius eorum partis sic jus. Verum, ego dispositionibus, ac voluntati testatoris Archiepiscopi adhærendo, receptioribusque Doctorum opinionibus pro viribus rem conabor aperire.

Atque ante omnia gravamini processus interpolito, cui deferri Reus postulat, non deferrem, ut pote quod Reus postea ad Senatum supplicavit, nihilque ibi egit de praedicto gravamine, juxta formam Ord. lib. 3. tit. 20. §. fin.

Neque item de foro licentiae à Reo petitae, qua intendit probare, quod tempore mortis ultimi possessoris Ludovici Francisci vivebat adhuc mater Actoris, atque ei obstabat, non posse etiam in sua propria persona succedere. Tum quia in facto verius est contrarium, neque in hoc processu istud in dubium revocatum est unquam. De jure etiam contrarium verius est, quamvis enim id tenuerit Menoch. conf. 172. num. 30. vers. decimo. Surd. conf. 316. num. 16. vers. Respondebam lib. 3. Tamen incapacitatem matris, etiam viventis, non obstat filio masculo, quando vult succedere jure proprio, & ex propria persona, quasi ipsa mortua reputetur, ex text. in L. si necem 4. & si deportatus ibi, nec impedimento est talis patronus, qui loco est mortui ff. bon. libert. resolvunt in terminis late Valenzuel. conf. 97. d. num. 132. cum seqq. Rubens Alexand. conf. 22. n. 14. Mantic. de conjectur. lib. 8. tit. 18. num. 48. & 40. ubi Menochium retrahat, & cum eo Castilh. 3. contr. cap. 15. ex num. 72. cum seqq. ubi n. 73. assertit contrarium tenuisse eundem Menoch. conf. 318. num. 30. lib. 4. idem Castilh.

tom. 6. cap. 129. ex num. 27. Lelius Altogradus 2. tom. cons. 66. num. 2. vers. nec refert usque ad num. 7.

Ad merita igitur deveniendo, in sequente ordinem processus. Primo agemus de jure Actoris. Secundo de jure Reæ Dominae Mariæ. Tertio de jure tertij opponentis. Quoad Actorem Christophorum jus suum adstruere conatur. Primo quia institutor perpetuo prætulit masculos eos solos invitans, nulla mentione facta de fæminis in causa aliquo; imo eas omnino, & perpetuo eas exclusit, quia stante masculorum vocatione, absoluta, & omnimoda fæminarum exclusione, vel maioratus sit agnationis, ut vult patronus Actoris, & agnoscit Reæ patronus in hac instantia, in linea Mendi Peres (in qua sumus) vel tantum sit masculinitatis, ut concedit opponens, semper masculus etiam remotior, & alterius lineæ excludit fæminas proximiores ex optima, & receptissima doctrina Bart. in L. cum avus num. 4. ff. condit. & demonstr. tradunt Gregor. Lop. in L. 3. tit. 13. part. 6. verbo mugeres q. 21. vers. & not. & vers. si vero conditor maioræ. Burgos de Paz in procœmio Leg. Tauri n. 123. cum seqq. Mantic. de conjectur. lib. 8. tit. 18. num. 4. & 57. & lib. 11. tit. 15. num. 1. late Molin de primog. lib. 3. cap. 5. ex numer. 30. ubi num. 37. dicit ita in praxi servari ab Avenidao, qui plurimos refert in L. 40. Taur. gloss. 9. num. 47. & 48. Alvarad. de conjectur. ment defunct. 2. p. cap. 3. num. 654. optimo in terminis videndus Valenz. 2. tom. cons. 113. num. 97. ubi etiam si masculus sit remotior alterius lineæ, & gradus, Cassanat. qui late cons. 50. num. 32. vers. sed ommissa cum sequentibus usque ad 37. Peregrin. cons. 16. n. 2. lib. 1. & de fideicommiss. art. 25. numer. 11. Castilb. 2. contr. cap. 4. num. 72. & seq. Marcius Muta decis. 65. ex num. 6. cum seqq. latissime idem Castilb. tom. 6. cap. 129. a n. 3. cum seqq.

Secundò, quia institutor in omnibus vocationibus, ac substitutionibus, quas facit de filiis, nepotibus, pronepotibus, ac descendantibus, tam fratrum, quam sororum suarum, semper vocavit illum masculum, qui reperiatur, & superstes esset tempore mortis ultimi possessoris, ut patet discurrendo per institutionem, quam veram esse, & testamētum Archiepiscopi in confesso est, nullusque dubitat. Nam dicit post vocatum primum fratrem Mendum Peres fol. 6. vers. ibi: Mando, que à morte do dito meu irmão Mendo Peres, & ibi, fiquem a seu filho primeiro lidimo, leigo, & barão. & ibi, fiquem a esse seu filho primeiro, & ibi, & senam ouver lidimo,

mo, leigo, & barão, & ibi, & ouver filho Clerigo, &c. haja o dito lugar, & fol. 7. ibi, & assim mando, que vâ para todo sempre por netos, & bisnetos, & por todos aquelles, que descendem do dito Mendo Peres, & finitis masculis de linea Mendi Peres, vocavit, & substituit masculos descendentes ex linea altera fratris Ioannis Peres, ut dict. fol. 7. ibi: E se por ventura Mendo Peres à sua morte nam ouvesse filho barão, &c. & ibi: E se acontecesse, que abi ouvesse à sua morte daquelle seu filho no ficasse bi seu filho leigo, lidimo, barão, nem Clerigo, como dito he, mando, que o dito lugar de Oliveira, fique ao filho lidimo, leigo, primeiro, & barom de meu irmão Ioaõ Peres, por aquella maneira, &c. & ibi, & se esse filho de meu irmão Peres ouvesse filho barom, leigo, & lidimo à sua morte, fiquem lhe os ditos herdamentos, &c. & ibi, & se bi no ouvesse filho leigo, barom, & lidimo do dito Ioaõ Peres, nem de seu filho, & bi ouver filho, ou neto Clerigo de algum delles, fiquem lhe esses herdamentos, & ibi: Com aquella maneira, & ibi: E assim mando, que vâ para todo sempre por netos, & bisnetos, &c. Et in eadem forma, & eisdem vocationibus, & conditionibus post extinctos masculos à fratrum lineis descendantibus disposuit circa filios masculos, nepotes, pronepotes, ac alios descendants ex sororibus Ouzendæ, Mariæ, & Thereliæ. Ecce qualiter Archiepiscopus institutor expressis verbis toties repetitis, & geminatis vocat, substituit, & invitat illum tantummodo masculum, qui extiterit, & superstit, vel reperiatur tempore mortis ejus, qui maioratum possidet, ibi, à sua morte, & tam in conditionalibus ibi: Se ouver, & ibi, fiquem a seu filho, & ibi, haja o dito lugar.

De jure vero est, quod si ad fideicommissum substituatur, is, qui tempore mortis graviter reperiatur, ipse admittatur, non vero, illi, qui eam qualitatem non habent eo tempore mortis, L. cum pater 79. §. hereditatem o 1. ff. legat. 2. ibi, qui eo tempore vixerint, L. cum ita 33. §. in fideicommisso ff. eodem, L. in substit. 3 1. ff. vulgari, L. ex facto 17. §. penult. ff. ad Trebel. L. unum ex familia 69. §. rogo in fin. ff. legat. 2. L. pater filium 36. §. filiam ff. legat. 3. bene Surd. cons. 375. num. 31. vers. ultim. Et si eo tempore mortis aliqua qualitas requiratur, is, qui eam habet eo tempore, succedit, ut in specie in maioribus traduntur, Decius cons. 63. à num. 2. Alciat. respons. 119. ex num. 2. cum seqq. lib. 9. late Valasc. de jur. emphyt. q. 50. num. 13. in fin. cum seqq. Costa de patruo, & nepote 1. p. ex 12. Cald. cons. 15. num. 21. 25. 28. & 29. & lib. 1. receptar. q. 19. num. 21. Gabr. Pereir. decif.

## Successione, & Erectione Maioratus, Cap IX.

73

decis. 116. num. 3. vers. in 2. infinitos refert  
A. olin. lib. 3. cap. 8. n. 19. vers. quod autem,  
late Surd. conf. 403. à num. 57. Mantic. de  
conject. lib. 11. tit. 6. num. 3. 6. & 7. Menoch.  
conf. 830. per tot. Peregr. conf. 33. à num. 16.  
lib. 3. & de fideicommiss. art. 29. a num. 1. usf  
que 13. optime in proposito Valenz. 1. tom.  
conf. 23. num. 101. 104. 153. 157. & 160. &  
conf. 97. num. 26. Capicius Galleot. 1. tom.  
contr. 48. num. 18. 27. cum seqq. & 47. Aven.  
daño L. 40. Tauri gloss. 8. à n. 11. cum seqq.  
Castilh. 5 contr. cap. 91. num. 45. Ioan. Tan.  
aglius de sacro Rota Rom. Auditorio lib. 1. cap.  
6. decis. 17. num. 21. vers. præterea, Altograd.  
1. tom. conf. 60. num. 25. & 26. Cum ergo  
tempore mortis Ludovici Francisci ultimi  
possessoris Rea existeret fæmina, Actor vero  
superesset masculus, Rea non poterat admit.  
ti, non habens qualitatem masculinitatis ab  
institutore requisitam; imo vero exclude.  
batur ab Actore eam qualitatem eo tempo.  
re habente.

227 Et confirmatur primo, quoniam de jure  
est, ut qualitas requisita ad successionem ad.  
sit in successore, aut substituto, eo tempore,  
quo successio defertur, aut dies fideicom.  
missi cedit, L. non oportet 52. ff. legat. 2. L.  
eum qui 104. ff. condit. & demonstr. L. inter.  
venit 24. ff. legat. praft. L. 1. §. proximum ff.  
unde cognati, cum pluribus alijs juri bus, &  
in maioratibus tempore mortis ultimi pos.  
sessoris tradunt in specie Molin. lib. 1. cap. 13.  
num. 36. Castilh. 3. contr. cap. 15. à num. 2. cum  
seqq. & 5. tom. cap. 90. num. 5. & 21. Surd.  
conf. 125 num. 114. & plurimis relatis Larr.  
2. p. decis. 52. num. 19. Valenz. 1. tom. conf.  
83. à num. 3. cum seqq. Subindeque cum Rea  
tempore delatae successionis maioratus defi.  
ceret qualitas masculinitatis, eamque habue.  
rit Actor, ad ipsum, non vero ad illam, dela.  
ta est successio.

228 Confirmatur secundo ex relatis verbis  
institutionis, ibi: Si hi ouver, & ibi: Si hi no  
ouver, quæ verba respiciunt tempus, quo va.  
caret maioratus, & successio eius deferenda  
esset, nam dictio illa, hi, nostro idiomate  
præsertim antiquis temporibus, & hodie,  
abi, idem significat, ut latinè, tum temporis,  
vel tunc, quod clarius expressit testator, ibi:  
E se hi no ouver à quel tempo filho, nem neto,  
nem bisneto, &c. Igitur testator dispositionem,  
vocationem, & substitutionem restrin.  
xit ad illum masculum, qui tum temporis  
existeret, ac superesset, nam dictio illa, tum,  
vel tunc, restringit dispositionem ad per.  
sonas extraneas cù qualitate requisita, dict.  
L. in subst. 31. ad fin. ff. vulgar. L. 4. §. fin.  
ff. de condit. & demonstr. L. i. iujusmodi 64. ff.

Pars II.

verbor. obligat. tradunt in specie Decius conf.  
64. alias 63. sub num. 2. vers. non enim suffit  
cit, docet Bart. in L. qui se patris n. 3. Cad.  
tende liberi, Avendaño L. 40. Taur. gloss. 8. ex  
num. 30. Surd conf. 544. sub num. 16. vers.  
3. Fusar. de subst. q. 3 + 8. à n. 82. cum duob.  
seqq. & q. 282. num. 31. post plures optime  
Tanaglia d. decis. 17. num. 26. Igitur Actor  
masculus tempore mortis saperstes excludit  
Ream.

Tertio, quia deficiunt masculi agnati, 229  
cum autem testator semper prætulerit mas.  
culos fæminis, succedere debet Actor, & si  
cognatus, & descendens ex fæmina, quod sa.  
tis expressit testator, nam post vocatos om.  
nes masculos ex fratribus descendentes, il.  
lis exactis, spretis sororibus, vocavit cog.  
natos masculos illarum, ut fol. ibi: E se ac.  
tecesse, que hi non ouvesse filio, nem neto lid.  
mo, leigo, & barom, nem Clerigo do dito meu  
irmao Ioaõ Peres, que del descendesse direita  
linha, como dito he, mando, que o dito lugar  
da Oliveira, & outros herdamentos com fa.  
bemfeitoria, & com todos seus direitos, & fas.  
pertencas, si quem ao filho primeiro, ou a neto  
leigo, lidimo barom de minha irmaa Ouzenda  
Peres, & em aquella maneira, &c. Et ita cir.  
ca alios masculos descendentes ex alijs sor.  
oribus disposuit, ex quo manifestum appareat,  
quod deficientibus agnatis masculis fra.  
trum, voluit testator maioratum devenire  
ad cognatos, exclusis filiabus, nepotibus, ac  
alijs fæminis descendentibus à fratribus,  
etiam si cognati sint ex alijs lineis, & gradi.  
bus. Quare vel consideremus testatorem in.  
stituisse maioratum agnationis, aut nudæ  
masculinitatis, semper Actor uti masculus  
excludit Ream fæminam.

Quoniam si agnationi prospexit testator, 230  
cum extinctis masculis, agnatis descendenti.  
bus ex fratribus ea vere continuari non po.  
terat, ceusendus est eam voluisse conservare  
modo possibili per fictionem, & artificialiter  
in masculis cognatis, exclusis omnino fæ.  
minis, ut ex text. in auth. quibus modis na.  
turales efficiantur §. filium collat. 7. ibi: Feci.  
mus eum velut ex quadam machinatione cog.  
natum, & L. si servus legatus 27. §. 1. ff. adi.  
mend. legat. ibi: Novus enim homo videsur  
esse, tradunt in terminis Paul. Castr. conf.  
40. num. 5. & conf. 91. num. 4. lib. 2. Cephal.  
conf. 196. num. 20. lib. 2. Menoch. conf. 172. n.  
36. lib. 2. post alios Cassanat. conf. 20. n. 29.  
Martha de success. legali p. 1. q. 1. art. 2. num.  
5. vers. constare autem, Fusar. de subst. q.  
499. num. 13. vers. sextus casus, post plures  
Tanaglius de sacro Audit. lib. 1. cap. 6. decis.  
17. num. 11. & 12. L. a. de vita hominis cap.

11 G

30. n.

30. num. 115. Castib. tom. 6. cap. 133. n. 12.  
13. & 14. Marins Mura decis. 65. num. 12.  
vers. Rursus, qui in individuo loquitur.

**231** At si testator solam masculinitatem adspexit, & prætulit sexum, similiter Actor, ut masculus ratione sexus Ream fæminam excludit, ex text. expresso in cap. 1. de eo, qui sibi, & heredibus masculis. Vbi deciditur, quod quando dispositio concipitur ad favorem masculorum, & ijs deficientibus vocantur fæminæ, masculus ex fæmina etiam remotior excludit omnino fæminam, etiam proximorem, & quamvis text. iste loquatur in feudo, atamen quia ejus decisio conformis est juri, eam Doctores etiam intelligunt in maioratibus, ut tradit sic resolvens Gregor. Lop. in L. 3. tit. 13 part. 6. gloss. verbo mugeres q. 21. vers. & adeo manifesta ratio, & vers. preterea quando, Ioan. Gracia de nobilitat. in divis. operis num. 33. Molin. lib. 3. cap. 8. n. 9. & expresse Bald. in auth. cessante n. 5. Cod. legit. heredib. sequuntur M: noch. conf. 172. num. 36. lib. 2. Mantie. lib. 8. tit. 18. num. 58. Franciscus Bursat. conf. 229. numer. 14. cum seqq. lib. 3. Cæphal. conf. 251. num. 42. cum seqq. & num. 70. & 71. lib. 2. Surd. conf. 349. num. 1. & 2. & conf. 407. numer. 35. & seq. lib. 3. post plures Castib. 5. contr. cap. 93. à num. 18. cum seqq. Et ratio manifesta est, quia testator in hac vocatione masculorum, & illis deficientibus vocans fæminas, non prospexit ad lineas, aut gradus, sed tantummodo ad qualitatem sexus, sive masculinitatis, & hanc prætulit omnibus fæminis, ut docuit eleganter Bald. in L. in multis in 1. lectura num. 3. ff. statu homin. quem sequitur communis, ut per Gregor. Lop. ubi proxime, Gabr. 6. communium tit. de statutis concl. 6. num. 2. Sicque dum extant masculi, fæminæ etiam proximiores in linea, & gradu nullatenus admitti possint, si ergo hæc procedunt, quando in defectum masculorum fæminæ vocatae sunt, sola inspecta masculinitate, multo magis procedunt in specie nostræ institutionis, ubi omnino, & absolute non solum testator vocavit masculos perpetuo, sed nullatenus fæminam ullam in aliquo casu vocavit, imo expresse illas perpetuo indistincte, & absolute exclusit.

**232** Neque replicari potest, quod testator in præfatis verbis, tantum admisit cognatos filios, ac descendentes sororum, non vero cognatos descendentes ex fratribus, cumque Actor non sit de lineis sororum Archiepiscopi, sed de linea fratris Mendi Peres, ut ex arbore genealogica, quæ ab omnibus in confessio est, non potest intelligi vocatione cognatorum ex lineis sororum in cognatis linea-

rum fratrum, sique in presenti in linea fratris Mendi, quinimo videtur iste casus omissus in lineis fratrum, ex reg. L. commodissimè ff. liber. & posthum. cum vulg. Atque ita maioratum deficientibus masculis agnatis mansisse ordinarium, ac regularem, ob id que Ream uti proximiorem in linea, & gradu admittendam esse, Actoremque excludere juxta vulgaria majoratus regularis, & ordinarij, ex his quæ latè Molin. lib. 3. cap. 4. ex n. 4. cum seqq.

Facile enim respondetur, quod dispositio 233 testatoris declaratur, & intelligitur juxta id, quod expressit in alia parte testamenti, L. qui filiabus 17. L. si servus plurium 53. §. fin. ff. legat. 1. L. quæsum 12. §. Papinius quoque ff. fundo instruct. L. si frater 5. L. quamvis 15. Cod. fideicommiss. & antecedentia declarantur per sequentia dict. L. si servus plurium §. fin. dict. L. quamvis, ibi, tamen, quia in inferioribus verbis testamenti, & ita post Cynum docet Bald. in L. legatorum petitio 34. §. per text. ibi, ff. legat. 2. & per text. opt. in L. si cum fundum 126. ff. verbor. signif. late Mantic. de conjectur. lib. 6. cap. 13. à num. 4. & ideo forma, & ordo succedendi data in una parte testamenti data etiam censetur in alia, quando testator digressus est ad plures gradus substitutionum, L. potest 36. L. vel singulis 37. ff. vulgar. L. penult. Cod. impuber. Valenzuel. conf. 23. num. 120. Cabed. 1. p. decis. 143. num. 4. Gam. decis. 354. n. 4. Ramon. conf. 100. n. 405. Castib. 4. contr. cap. 9. n. 38.

Vnde cum testator cognatos ex lineis sororum vocaverit deficientibus masculis in lineis fratrum, exclusis absolute omnibus fæminis, eodemmodo dicendum est in cognatis de lineis fratrum, ut earum cognati uti masculi admitti debeant exclusis omnino fæminis, & Rea, nec dici potest iste casus omissus, cum voluntas testatoris expresse deprehendatur ex cognatis sororum, quo casu, quando voluntas colligitur ex expressis in testamento, habetur pro expressa, ut docuit notabiliter Bald. in L. unica Cod. his, qui ante apertastabul. num. 10. late comprobans, sequitur Decius conf. 205. num. 5. & valde notandum afferit Valasc. 2. tom. conf. 17 v. n. 10. Paris. qui communem testatur conf. 87. num. 18. & conf. 86. num. 21. & 22. lib. 2. post plures late Mantic. de conjectur. lib. 3. tit. 19. num. 15. Nullo ergo modo dici potest casus hic omissus, quinimo expressus censi debet. Hæc sunt potiora fundamenta, quibus Actor se ad hanc successionem vocatum asserit, Reamque excludendam fore.

*Pro Rea.*  
Pro parte vero illustrissimæ Reæ non pau- 235  
cæ,

## Successione, & Erectione Maioratus, Cap. IX.

75

cæ, neque omnino contemnendæ stant juris ratiōres, quibus se vocatam contendit, Actoremque, ac opponentem ab hac successione esse remoyendos.

236 Primò, quia ipsa est filia primogenita Ludovici Francisci ultimi possessoris horum maioratum, in quem ipsi ingressi sunt, & uti primo nata, primum caput constituit juxta celebre, & ab omnibus receptum *Panli Castr. consilium* 164. & cum sit de linea ultimi possessoris, ac lineam primogenitæ constituat, non potest quis ex alia linea admitti, donec aliquis ex prædicta linea, in quam maioratus ingressi sunt, superfit, Cap. I. de natura succession. fēd. ubi *Afflict. num. 77.* tradunt in maioratibus *Molin. de pri-*  
*mog. lib. 3. cap. 4. num. 14.* & *cap. 16. num. 30.* *Menoch. cons. 442. num. 10.* *Surd. cons. 403.* *num. 16. lib. 3.* *Castib. 5. contr. cap. 92.* cum seqq. *Martha de success. legal. 1. p. q. 2. art. 2.* *num. 29.* post plures *Larr. 2. p. decis. 54. n. 1.* *Marius Muta decis. 57. num. 15.* & 16. optime *Valenz. cons. 97. ex num. 11.* cum seqq. *Pereir. decis. 59. num. 5.* *Febos 1. p. decis. 22.* *num. 8.* & 9. post infinitos *Giurb. de feud. §.* *2. gloss. 10. num. 21.* cum seqq. *Fontanel. 1. p. decis. 34. num. 15.* Cum ergo Actor, & opponens sint remotiores in linea, & gradu, ac ex lineis, in quas maioratus non sunt ingressi, nullo modo excludere valent Ream.

237 Secundò, quia testator post invitatos filios masculos fratri Mendi, vocavit nepotes, prœnepotes, ceterosque masculos ab eo descendentes per lineam rectam, quo casu, si in linea recta illius, qui successionem occupavit, & maioratum possedit, non reperiatur masculus, sed solum fæmina, primogenita ipsa succedit, ut post *Tellum*, & *Gomes* tradit *Avendaño L. 27. Tauri num. 10.* probat late, & judicatum testatur *Gam. dec. 354.* ex num. 6. cum seqq. *Gutierr. cons. 13. n. 27.* post quos *Additio ad Molin. lib. 3. cap. 5. n. 71.* vers. quod fortius, *Valenz. cons. 97. ex num. 199.* Et ideo cum Rea sit primogenita ex linea directa ultimi possessoris, & in ea non esset ullus masculus, ipsa succedere debet, non vero Actor, qui est in linea inflexa, & collaterali, sicut & opponens descendens ex filia secundo genito.

238 Tertiò, quoniam Rea immediatè descendens, & filia est masculi ultimi possessoris, & sic agnata, & est in linea masculina, ut est test. in §. ceterum 4. inst. de legit. agnator. success. ibi: *Per virilem sexum descendentes, sive masculini, sive fæminini generis sint, L. lege 12. Tabular. 14. C. legit. hæred. tenet Gloss. verbo nam & si in L. Gallus §. nunc de lege ff. liber. & posth. ubi Bald. & alij, late Aven-*

*daño L. 40. Tauri gloss. 9. num. 58. Pinel. in L. 3. num. 29. & 30. Cod. bon. mater. Marth. de success. legal 4. p. q. 21. art. 26. à num. 13. Castib. 2. contr. cap. 2. à num. 19. Sous. in L. fæminæ 1. p. ex num. 26. Anton. Faber. de errōrib. pragmaticor. decad. 28. errore 10. Quare cum testator vocaverit descendentes linea directæ masculorum, & Rea sit in linea masculina, ipsa in vocatione comprehensa censenda est, cum alijs masculi non dentur ex linea masculina.*

Quartò, quia Rea est filia ultimi possessoris, & de linea effectiva illius, & uti talis habet pro se intentionem fundatam, ne expellatur à successione per masculos remotiores alterius linea, & gradus, ut cum *Molin. lib. 3. cap. 4. à num. 19.* tradit *Muta dec. 57.* *num. 17.* cum sit odiosa, & irrationalis hæc exclusio, ut dicit *Molin.* proxime. Atque ita in specie, etiam quando conservandæ agnationis, ratione veræ, & rigorosæ testator masculos vocavit, & fæminas omnino excludit, si deficiant omnes agnati, filiam ultimi possessoris succedere debere, neque eam esse excludendam à remotiori cognato tradunt *Castib. tom. 5. contr. cap. 91. num. 84.* vers. ex his ergo, & *tom. 6. cap. 143.* §. unico num. 6. vers. addo nunc, & latius à num. 9. cum seqq. *Vela 2. p. differt. 49. n. 71.* & videtur casus noster.

Quintò, intendit Rea se fore admittendam ex dispensatione, & commutatione Brevis Summi Pontificis Pij IV. ac sententia super eo lata à Serenissimo Cardinali Henrico, quibus Papa dispensavit, ut non obstantibus vocationibus, ac substitutionibus assignatis ab Archiepiscopo Domino Martino in suo testamento, deficientibus masculis possessoris ultimi maioratus succederet ipsius filia, & hoc servandum esse, non solum in filia Ioannis Mendes de Oliveira, sed in fæminis proximioribus filiabus, ac ceteris cuiuslibet ultimi possessoris, sicque afferit, se etiam si fæmina sit, tamen ut filia, ex proximiiori linea, & gradu excludere Actorem, & opponentem, masculos remotiores in linea, & gradu, quod ejus doctissimus Patronus de jure conatur defendere in perorationibus.

Sextò, & ultimo, pretendit Rea prædium nuncupatum de Val de Sobrados, esse diversum maioratum institutum à Domino Rodérico Episcopo Lamacensi, quod probat ex testibus, qui de libris genealogicis scientiam habuerint, cumque non appareat de forma, & vocationibus institutionis, afferit censendum esse maioratum ordinarium, ac regularem, subindeque dicti maioratus suc-

cessionem illi competere tanquam primogenitae ultimi possessoris, ac potiori in linea, gradu, & aetate, nullo alio extante masculo in linea, ac gradu potiori, aut aequali. Hæc sunt illustrissimæ Reæ potissima fundamen-ta.

Et sanè, visis Actoris, & Reæ fundamen-tis, rimatis cunctis sedulo, saepeque perle-<sup>242</sup>ctis dispositionis testamenti clausulis sine ullo scrupulo deliberavi, Actorem masculum excludere à successione Ream fæminam, & si melioris linea, & gradus. Pro so-lutione vero deductorum ex parte Reæ præ-mittere oportet, duplicem esse maioratus speciem, unus enim ordinarius, ac regularis est, qui secundum maioratus regulas in-struitur admissis ad eum omnibus primoge-nitis familiæ, sine ulla differentia masculi, aut fæminæ, agnatorum, vel cognatorum, sed solum observatis illis quatuor requisitis, li-nea, gradus, sexus, & aetas, de quibus Molin.lib.3.cap.4.num.14. Valasc.1. tom. conf. 121. à num.9. Phæb.1.p.decis. 22. num. 12. Castilb.3.contr.cap.19.num. 327. & tom. 5. cap.93. Valenz. 1. tom. conf. 97. à num. 13. Salzed. de repræsent.lib.3.cap.6.num. 2. & passim Doctores. Alter est extraordinarius, & irregularis, qui ab his regulis deflectit, quando videlicet ex dispositione institutoris successor vocatur cum aliqua qualitate, ut quando vocat masculos ratione sexus cum prælatione, & prædilectione, vel agnatos, ut agnationem conservet, de qua maioratum differentia regularis, & irregularis, Joseph Vela dicit. dissert. 49.n.45.

Quo supposito dubitari nequaquam po-test, institutorem in testamento agnatos vo-casse, & prædilexisse, & in eorum defectum cognatos, omninoque absolute exclusisse fæminas à successione, ut dictum manet in primo, & tertio Actoris fundamentis, & hac vocatione masculorum, saltem ratione se-xus, eos prætulisse in quacunque linea, & gradu, ut ibi dictum, & probatum manet. Igitur ad fundamenta Reæ.

Ad primum respondetur, verissimam qui-dem regulam esse, non fieri transitum ex linea possessoris maioratus ad aliam, nisi defi-cientibus omnibus, qui ex ea linea sunt, sed hoc limitatur, quando in dicta linea non re-periuntur illi, qui habeant qualitatem à te-statore requisitam, v.g. masculinitatis, nam deficiente ea qualitate, sit transitus ad pro-ximorem lineam, in qua sit successor ha-bens dictam qualitatem; probat in specie Cap.1. de eo, qui sibi, & heredibus mascu-lis, Ord.lib.4.tit. 100. §.7. tradunt Peregrin. de fideicommiss.art. 27. mm. 15. post alias

Gratian. 2. forens. cap. 213. num. 83. & lib. 4. cap. 621. num. 9. Joseph Ramon. conf. 100. n. 422. & 448. Gutierr. lib. 2. pract. cap. 67. Grivell. decis. Dolana 109. sub num. 4. Ca-stilb. 5. contr. cap. 93. à num. 18. Fontanell. 1. p. decis. 36. num. 11. Cum enim linea est qua-litatis, & qualificata, & quaerenda est ad in-cessione maioratus ex voluntate disponen-tis, quæ sola attendenda est, quia omnia re-git, post multos optime Larrea 2. p. decis. 54. n. 20. & 1. p. decis. 33. n. 6.

Unde cum in linea Ludovici ultimi pos-sessoris non esset Rea, masculus transitus fa-<sup>245</sup>ctus ad proximorem lineam, ubi Actor mas-culuserat, & exclusit Ream fæminam, cum maioratus extraordinarius sit, & irregularis præferens masculos agnatos, & cognatos excludens perpetuo, & absolute fæminas.

Ad secundum respondetur, quod resolu-tio Doctorum ibi allegatorum procedit in maioretibus ordinarijs, in quibus succeditur servatis requisitis linea, gradus, sexus, & aetatis, & tunc fæmina melioris linea, & gradus excludit masculos remotiores, Gom. L.40. Tauri num. 8. ubi Avendaño gloss. 9 ab initio, & num. 33. Molin.lib.3. cap.4. à prin-cip. Mier. 2. p. q. 6. num. 2. 20. & 21. Cald. de nominat. q. 17. n. 36. & 38.

At vero casus noster est de maioratu ir-regulari, & qualificato, in quo fæminæ om-nino exclusæ sunt, & solum vocati, & prælati agnati masculi, & postea cognati, & tunc licet fæmina descendat ratione sanguinis per linea directam; attamen cum ea deficiat qualitas masculinitatis, corruptitur linea, tanquam non successibilis, & sit transitus ad aliam, in qua adsit qualitas masculinitatis, quæ etiam deciditur linea recta, habito re-spectu ad patrem ultimi possessoris avum, tam Reæ, quam Actoris, & omnes descen-dentes per linea rectam à Mendo primo vocato juxta dispositionem testatoris, ut ele-ganter in proposito tradunt Menoch. conf. 1250. ex num. 25. cum seqq. cum quo, & alijs Castilb. 5. tom. cap. 93. ex num. 24. Et confir-matur, quia institutor solum vocavit mas-culos, & cum adjiceret, quod succederent per linea rectam, intelligendus est de linea re-cta masculorum, cum ipsi soli sint vocati, tradunt Celsus Hugo conf. 93. num. 11. opti-mus Valenzuel. 1. tom. conf. 97. ex num. 29. cum seqq. Marius Muta decis. 65. n. 12.

Igitur cum linea ultimi possessoris dese-<sup>248</sup>cerit, non extante masculo tempore ejus mortis, recurrendum est ad linea patris ejus, quo casu manet ex linea directa mas-cularum, & succedere debet Actor, & quia descendens est masculus ex linea directa pri-

mi vocati juxta vocationem testatoris, ut fol. 7. ibi : *Mando, que vā para todo sempre por netos, & bisnetos, & por todos aquelles, que descenderem do dito Men Peres.* Igitur vocati sunt masculi descendentes à Mendo Peres, quæ qualitates verificantur in Actore, non vero in Rea, in qua deficit masculinitas.

149 Ad tertium respondetur, quod testator non vocat lineam masculinam, sed masculos per lineam directam, & cum Rea masculus non sit, non procedit argumentum ex resolutione Doctorum ibi allegatorum, ut à vocatione, & forma substitutionis nimis diversa. Ultra quam quod verior, & receptior est opinio, ac resolutio Doctorum alterentium, descendenter à masculo non dici else in linea masculina, nec descendere per lineam masculinam, ut docet *Paul. Castr. in L. marit. num. 5. Cod. procurat. communiter approbatus*, ut per *Fulvium Pacianum conf. 49. num. 82.* qui late defendit super quodam Ducatu Italiæ à num. 8. cum multis sequentibus, ubi cum communi explicat *Gloss. fin. in dict. L. Gallus § nunc de lege*, & expedit ex num. 83. Doctores, qui in contrarium allegantur, idem tenet *Castr. conf. 190. num. 4. vers. sic dicam lib. 2.* & in maioratu communis ex *Croto in L. filius famil. §. Divi n. 10 & ibi Loases num. 6. ff. legat. 1.* quod etiam factetur *Paris. conf. 22. num. 44. lib. 3. Pinel. in L. 3. num. 29. Cod. bon. mat. late Molin. lib. 1. cap. 6. num. 40. & lib. 3. cap. 5. n. 69. Sesse decis. 49. n. 7. & 8. Celsus Hugo conf. 120 n. 4. in fin. Menoch. conf. 205. num. 10. cum seqq. & infinitos citans Fusar. q. 346 n. 36. Avenida L. 40. Tauri gloss. 9. num. 63. Valenz. 1. p. conf. 40. ex num. 25. Franciscus Molin. de rit. nupt. lib. 3. q. 24. ex 193. cum pluribus Lælius Altogradus 2. p. conf. 80. à num. 79. cum seqq. Addentes ad Molin. lib. 1. cap. 6. n. 38. Lara de vita homin. cap. 30. n. 98. vers. sed licet, & hoc à fortiori procedit, quando vocatur linea masculina directa, ut in terminis tradit, & judicatum in Rota Romana dicit *Paul. Duran. 2. p. decis. Rot. 300. num. 5. & seq. eandem resolutionem tenet Cald. de nominat. q. 24. num. 85.* Vbi in emphyteusis concessione, & maioratu, quia fæminæ finis est familiæ, & masculinitatis, sive agnationis, *L. pronunciatio 195. §. 1. in fin. ff. verb. significat. §. 1. inst. de legit. agnator. entel.* Et caput familiæ fæminæ, sive ejus linea, ut per dicta jura, & ideo, ut quis dicatur de linea masculina, duo probare debet, primo, quod est masculus, secundo, quod descendit à masculo, ut *Paul. Duran. num. 6. ubi proxime, Ludovic. Gofadinus conf. 87. n. 15. quem se-**

Pars II.

quuntur *Addentes ad Molin. dict. n. 38. Farinac. 2. p. tom. 1. decis. 203. num. 5. in recentioribus.*

Verum hoc ex abundanti dictum sit, quia 250 in nostro casu non est vocatio facta pro descendenterib; per lineam masculinam, sed vocati sunt masculi per lineam rectam, siveque vocatui linea masculorum, quo casu cessat omnis controversia, & sine dubio, non admittitur fæmina, quia masculus non est, ut in terminis eleganter docet *Gregor. Lop. L. 2. tit. 6. part. 4. verbo linea de parentesco ad fin. & vers. ita intellige*, ubi ait hoc ab omnibus esse receptum.

Ad quartum : Respondetur verum esse fidem habere intentionem fundatam ad succedendum in maioratibus ordinarijs, & regularibus, non vero irregularibus, in quibus omnino præferuntur masculi, & excluduntur fæminæ, ut in præsenti, nam in his per prius succedere debent masculi, etiam remotiores, exclusa filia ultimi possessoris, ut per text. in cap. 1. de eo, qui sibi, & hæredib. tenet in terminis Ancharrano conf. 359. *Cuman. conf. 2. Socin. in L. cum avus num. 8. ff. condit. & demonstr. post plures Valenzuel. 2. tom. conf. 113. à num. 96. vers. secundo respondetur, & ideo Vela dict. differt. 49. n. 74. ad fin.* Cum loquitur de filia ultimi possessoris, loquitur, & se restringit ad maioratum regularem juxta consuetudinem Hispaniæ, siveque in nostro casu nullam dubium facit, quod Rea sit filia, cum præferantur omnes masculi agnati, & cognati, & omnimodo excludantur fæminæ.

Ad illud vero, quod allegatur de *Castillo, & Vela*, facilis est responsio, si advertamus ipsos casum proponere, quo maioratus institutus est absolute ratione conservandæ agnationis, & nullos vocavit masculos, nisi agnatos, & tunc querunt, utrum deficientibus omnibus agnatis, superstite tantum fæmina filia ultimi possessoris, ipsa excludi debet ab alio cognato remotiori: & optime resolvunt, quod non. Et ratio manifesta est, quoniam eo casu cessat omnino prætensa agnatio, quæ servari nequit in filia fæmina, neque in cognato, quia agnatus non est, & est cognatus remotoris linea, quare ne pereat maioratus, perpetitas pereat, quam principaliter protplexit institutor, censendum est ipsam fæminam succedere debere, quasi in eo casu maioratus maneat regularis, & ordinarius, in quo fæmina proximior non excluditur à remotiori masculo, & in his terminis, quamvis magno cum apparatu loquuntur citati Doctores in quinto fundamento, nempe *Castilh. contr. cap. 91. num. 84. vers. ex his,*

& 6. tom. cap. 143. num. 6. vers. addo nunc, & latius explicans à num. 9. cum seqq. Ioseph Vela differt. 49. à num. 70. Ut ipsis perfectis patebit, cuius tamen casus hypothesis nimis diversa est ab ea, in qua sumus, quia ibi solummodo agnati ratione conservandæ omnimodæ, & præcisæ agnationis vocati sunt, & exclusæ perpetuo fæminæ, & cum deficientibus agnatis omnibus cessaret agnatio, reductus est maioratus regularis, & sic filia ultimi possessoris proximior excludit cognatos remotiores juxta regulas maioratus ordinarij, & regularis; at vero in nostro, non solum agnati vocati sunt, sed eis deficientibus cognati, ut ostensum est in tertio Actoris fundamento, & sic deficientibus agnatis, admittuntur cognati, & excludit fæminas, tanquam omnino exclusas ab i. institutore, & ut ab eo vocatus post agnatos, unde satis patet de jure Actoris contra Ream.

<sup>253</sup> Ad quintum: ita lato, & eleganti calamo respondet opponentis patronus in perorationibus, ut nihil amplius addi posset, & ideo cum ibi dictis repellitur Brevis Apostolici allegatio.

Ad sextum etiam adamussim respondet <sup>254</sup> doctissimus Patronus omnia complectens, & radicibus expendens, ut nullo pacto dubitari valeat prædium de Val de Sobrados, aut maioratum alium non esse, aut ita unitum ex antiquitate temporis multiplicatis plurimis successionibus, in successore de Oliveira, ut nullatenus dividi queat, & de utroque idem judicandum esse. Et hæc de jure inter Actorem, & Ream, quoniam vero Dominus Ludovicus, qui in ventre erat tempore mortis avi ultimi possessoris jam natus obiit, & similiter Dominus Petrus ejus frater restat, ut discutiamus jus inter Actorem, & opponentem, exclusa jam illustrissima Rea.

#### Pro Opponente.

Tertius Ferdinandus, nunc vero habilitatus Emmanuel, ex eo Actorem repellere intendit, quia Domina Maria Rea, eo tempore, quo pater ejus ultimus possessor Ludovicus decepsit, erat prægnans, quia ille obiit die 11. Iunij 1654. ipsa vero peperit 23. Octobris ejusdem anni, ut fol. 40. sicque tempore mortis possessoris prægnans plus quam quatuor, & dimidij mensium, & tandem enixa est filium masculum Dominum Ludovicum, cui successio delata est tanquam nepoti ultimi possessoris masculo, cum vero dictus Dominus Ludovicus sine prole obierit, successit ejus frater Dominus Petrus, quo etiam sine labore defuncto, opponens

succedere contendit, tanquam ejus consobrinus, ac proximior masculus: quod vero successio delata fuerit dicto Domino Ludovico, quamvis in ventre esset, non vero Actori, probat opponens.

Primo, quia is, qui in utero est, omnia <sup>256</sup> jura ei reservantur ad tempus nascendi, & quousque nascatur, L. antiqui 3. ff. si pars hereditatis petatur §. cum autem 7. inst. de hered. quæ ab intestat. & eo nato retrotrahitur ad tempus præambulum, quo conceptus est, quasi tum nascetur, L. intelligendus 153. ff. verbor. significat, tradunt Pinel. 2. p. rubrica num. 36. Cod. bon. matern. Vivius de cts 82. num. 10. Cald. dict. verbo sine curatore num. 77. Valentia illustr. lib. 3. tract. 4. cap. 2. num. 7. Lara de vita hominis cap. 1. n. 4. Giurb. de feud. §. 2. gloss. 10. num. 26. Ergo ex dicto ventre Dominus Ludovicus, eo ipso quod natus est, censendus est natus, tempore, quo fuit conceptus, & ut natus, & nepos proximior succedit ex propria persona, & Actorem alterius lineæ, & remotorem exclusit.

Tertio, quoniam qui in utero est, impedit <sup>257</sup> sequentem in gradu succedere, L. 3. §. utique ff. suis, & legit. hered. L. 1. §. si quis proximior ff. unde cognati, L. fin. ff. ventre inspicio, L. cum quidam 30. §. 1. ff. acquir. hered. L. inter agnatos 5. §. quandu ff. unde legit. Valentia dict. cap. 2. num. 8. Carranca de legit. partu cap. 2. §. 1. illat. 13. sect. 3. num. 263. Lara de vita hom. cap. 6. num. 14. Ergo Dominus Ludovicus, quando in ventre matris erat, ut proximior masculus, impedimento erat Actori, ne posset succedere.

Conducunt multa alia privilegia, quæ tam <sup>258</sup> jure Civili, quam Prætorio passim ventri conceduntur, nondum edito, quasi jam in lucem prodito, de quibus late Carranca dict. cap. 2. §. 4. per tot. Giurb. dict. §. 2. gloss. 4. ex num. 14.

Et in specie, quod is, qui in utero est conceptus, posset succedere in maioratibus, tradunt Molin. de primog. lib. 3. cap. 10. num. 1. Mier. eod. tract. 3. p. q. 2. Pat. Molin. de just. tom. 3. disp. 634. num. 2. cum seqq. Peregr. de fideicommiss. art. 22. num. 11. 12. & 13. Gratian. 4. forens. cap. 700. num. 24. Avendaño L. 40. Tauri gloss. 9. à num. 1. Castilh. 3. contr. cap. 19. num. 203. & 206. & 5. tom. cap. 91. n. 2. Valenzuel. 1. p. conf. 7. num. 32. & 33. Salzed. de repræsent. lib. 2. cap. 2. à num. 4. Carranca dict. cap. 2. §. 4. num. 41. Giurb. dict. §. 2. gloss. 4. à num. 13. Valentia dict. cap. 2. à num. 9. Atque ita succedente Domino Ludovico exclusit Actorem, & illo moriente successit frater Dominus Petrus, eoque etiam absque

## Successione, & Erectione Maioratus, Cap. IX. 79

absque sobole decedente delatus est maioratus opponenti Ferdinando suo consobrino masculo proximiori, cui etiam, in infantili aetate obeunti, successit frater ejus habitatus Emmanuel. Et haec sunt fundamenta opponentis substantialia.

260 Ex contrario vero Actor respondens opponentem rejicere conatur. Tum quia opponens jus proprium non habebat, ut possit succedere avo suo Ludovico ultimo possessori, cum tempore, quo ille mortuus est, opponens, nec natus, conceptus erat, quod in confesso est, quo casu nequaquam succedere valet, etiam si postea natus sit, quia eo tempore nullam cognitionem cum avo haberet, nec in rerum natura esset, & probant L. si quis filio exhaeredato 6. in fin. princip. ff. iusti rupto, L. i. §. si quis proximior ff. unde cognati, L. i. §. sciendum in fin. L. Ticius 6. cum duobus sequentibus ff. suis, & legit. §. cum autem 7. vers. plane & si conceptus inst. de haeredib. quae abintestat. docet Gloss. in L. si quis filium Cod. in officios. testament. ibi communiter Doctores, & in L. fin. Cod. ad Orpician. resolvunt in specie in maioratibus Molin. lib. 3. cap. 10. à num. 3. & num. 38. & lib. 1. cap. 13. num. 36. ubi addentes vers. 1 & vers. verum quidquid ubi, quod hoc tenendum est in judicando, & consulendo, late Castilb. 5. contr. cap. 91. à num. 3. cum seqq. Tanaglius de sacra Rot. audit. lib. 1. cap. 6. decis. 17. à n. 21. vers. Præterea, Surd. conf. 375. à num. 19. vers. 3. suadetur, & decis. 230. à num. 1. & late disputans, & contrarijs respondens Salzedo de represent. lib. 2. cap. 2. à num. 21. cum seqq.

261 Tum etiam quia Dominus Ludovicus (unde opposens vult sibi jus dirvari) qui erat in utero matris, succedere nequibat, neque obstatre poterat Actori, quoniam ut jam dictum est in secundo fundamento ejus, testator illum solum masculum invitavit ad successionem, qui existeret, & superstes esset tempore mortis ultimi possessoris, at vero Dominus Ludovicus, quamvis in utero esset, non existebat realiter in humanis, L. sed si plures 10. §. 1. ff. vulgari, L. 1. in princ. L. ubicunque 7. ff. ventre in poss. mittend. L. generaliter 24. §. servo ejas ff. fideicommiss. libertat. L. si quis 7. §. de fructibus ff. except. rei judic. L. nomen filiar. 164. ff. verbos. significat. L. cum inter veteres 14. Cod. fideicommiss. libert. quinimo, nec in rerum natura, ut docuit Consult. Pomponius in L. quod in rerum 24. ff. legat. 1. & Justinianus in §. ea quoque res 8. instit. de legat. Nam fetus dum non editur, sed tantum in utero est, portio- nem viscerum matris, & spem animantis

tantum, non vero hominem esse, neque animal omnes Iuris-Consulti censuerunt unanimiter, L. i. §. ex hoc rescripto ff. ventre inspiciend. L. si mulierem 8. ff. ad leg. Cornel. de siccari. L. Cicero 39. ff. pænis, L. 2. ff. mort. inferendo, Papinian. in L. in lege Falsid. 9. ff. ad Leg. Falsid. traddunt Acur. verbo proposit in L. qui in utero 7. ff. stat. homin. Bald. in dict. L. cum inter veteres, & post Alberic. Annaniam, & alios, Tiraq. in L. si unquam verbo suscepit liberos num. 148. & seq. Donel. de jur. Civil. lib. 5. cap. 25. Pinel. lib. 2. selectorum cap. 1. Amaya lib. 3. observat. cap. 1. §. 2. Carranca de legit. part. cap. 2. à num. 5. cum seqq. post plures Valentia dict. tract. 4. cap. 1. num. 3. in fin. Petr. Gregor. syntagma lib. 7. cap. 1. num. 10. Surd. conf. 375. num. 35. & 36. Salzed. dict. lib. 2. cap. 2. num. 5. Emundus lib. 1. observat. cap. 16. Si ergo fetus in utero conceperus, neque in humanis, neque in rerum natura est, neque homo, vel animal, sed tantum portio viscerum matris, & spes animantis, non hancenus dici potest ipsum esse in auctoritate illam vocatam à testatore existentem, & superlatim tempore mortis ulti. i possessoris.

Præsertim, quia testator expressis verbis 262 vocavit masculum vere existentem, & illum ad oculum demonstrans, ibi: *E se aquelle filho de Men Peres ouver à sua morie filho teigo, lidimo, & barom, o dito lugar de Oliveira, & outros herdamentos, como dico h̄e, figura a esse seu filho primeiro, &c.* Et notanda est dictio illa, *a esse*, quæ latine dicitur, ipsi, quæ quidem dictio est personalissima, Cald. de extinct. cap. 13. num. 34. Pheu. 1. p. decis. 4. n. 7. Gratian. 1. forens. cap. 104. num. 13. ubi quod demonstrat personam ad oculum, ut etiam dicunt Surd. conf. 53. num. 11. & decis. 210. num. 18. Menoch. conf. 705. num. 30. Et excludit omnes alias personas, Iason in L. filius familias §. Divi in 2. lectura n. 181. ff. legat. 1. & ibi Ripa num. 1: 1. vers. & idem si, Tiraq. de retract. conventional. §. 1. gloss. 6. num. 25. & decisum tradit Farinac dec. 619. num. 3. p. 1. in recentiorib. quare cum is, qui in utero erat, demonstrari, & ostendi non possit ad oculum, non potest dici ipsum, sic malecum vocatum à testatore.

Quinimo, solus Actor, qui tempore mon- 263 tis ad oculum demonstrabatur, ipse solus erat vocatus, ut est text. optime in L. unus ex familia 69. §. rogo in fin. ff. legat. 2. ibid. Et ita demum petere possit unus, si solus moriente eo superfuerit, & in propolito Bart. in L. quintus §. argento num. 10. ff. atro, & argen. legat. post plures Valenz. conf. 23. num. 153. cum seqq. ubi num. 155. dicit, quod non

## Tractatus de Exclusione, Inclusione,

est inesse productum demonstrari non posse, ex Bart. in L. demonstratio falsa in princ. ff. condit. & demonstr. & probat text. in L. si nominatum 34. ff. eodem, & cum dictus Dominus Ludovicus non existeret realiter, neque masculus inesse productus esset verè, non poterat demonstrari, sed solus Actor.

**264** Quod magis corroboratur, quoniam testator semper vocavit masculum ex stentem, & superstitem tempore mortis ultimi gravati, ac possessoris, & hoc indubitabili signo vocatus idem est, ac si eum proprio nomine vocaret, & demonstraret, L. si nominatum 34. ff. condit. & demonstr. L. scribit 36. §. fin. ff. aur. & argen L. nominatum 88. ff. legat. 3. tradit, & late exornat Valenzuel. in terminis conf. 23. à num. 157. & conf. 97. num. 28. 31. & 32. Menoch. conf. 442. num. 6. lib. 5. Cappycius Galleot. 1. tom. contr. 48. ex num. 24. cum seqq. Fusar. qui alios refert de subst. q. 371. num. 73. ubi num. 75. dicit, quod hoc fortius procedit, quando testator verbis geminatis superstites vocaverit, Mantic. de conjectur. lib. 3. tit. 6. num. 10. Vbi dicit, quod testator hunc tantum superstitem admittit, & alios excludit.

**265** At vero etiam per rerum naturam incertum, & impossibile est, si ille, qui in utero est, scire, an sit masculus, an fæmina, ut dicit Ancharranus conf. 354. Angel. in L. Arethusa sol. 2. ff. stat. hom. Avendaño respons. 28. n. 2. Surd. conf. 375. num. 44. Valenz. conf. 96. num. 7. Valasc. 2. tom. conf. 129. num. 6. ubi etiam dicit eum Avendaño, etiam, qui in utero est, nullam habere qualitatem, subindeque non verè dici posse dictum Dominum Ludovicum in utero inclusum esse masculum, & multo minus vocatum, ut bene in terminis arguit Avendaño dict. num. 2. vers. 5. facit, siveque habere qualitatem à testatore quæsitam tempore mortis ultimi possessoris, & ad allegata in contrarium respondet Actor, & in individuo videndus omnino est Surd. conf. 375. n. 44. & 45.

**266** Ad primum de Lege, qui in utero cum similibus, quibus deciditur, eum, qui utero est, perinde haberi, ac si natus esset in illis, quæ sibi utilia sunt. Respondet primo, quod dictæ leges intelliguntur, quando voluntas disponentis & que cadit in non natis, sicut in natibus, ut cum Corrusio sic dictas leges intelligentem tradit Valasc. dict. conf. 129. num. 14. vers. nec obstat. At vero ex dictis planum manet, diversam dari in praesenti voluntatis dispositionem inter natos, & non natos, cum testator expresse masculum extantem, & superstitem tempore mortis ultimi possessoris vocaverit, de illis vero, qui in ventre

essent, nullo in casu mentionem faceret, & ratio differentiæ esse posset, quia testator magnam habuit attentionem ad opera pia, quæ impleri jussit, quæ non ita implerentur succedente ventre, sicut per masculum jam natum, & verè extantem.

Secundo respondet prædictas leges non loqui per rei veritatem, sed per fictionem juris ad aliquos legum effectus, ut denotant verba dict. L. qui in utero 7. ibi, perinde observari, dict. L. penult. ibi: Intelligi in rerum natura esse: explicat eleganter Cujac. lib. 19. quæstionum Papiniani ad L. in lege 9. ff. ad L. falsid. & post Bald. Aretin. & Angel. Surd. dict. conf. 375. à num. 43. Carranca dict. cap. 2. à num. 15. & latius §. 4. ex numer. 13. Valentia dict. tract. 4. cap. 1. num. 5. Salzed. dict. cap. 2. num. 8. & ideo dicta ficta tantum operatur quoad aliquos effectus Civiles juris, ut optime Marcellus in dict. L. penult. ibi, in toto pene jure Civili, & non quoad omnes, ut bene explicat Carranca dict. §. 4. n. 3. introductaque est in odium legum caduciarium Iuliæ, & Popæiæ, Cujac. in dict. L. in lege falsidia, Carranca dict. cap. 2. n. 15. Valentia dict. n. 5. & propter legitimas hæreditates, quæ ab ipsa lege deferuntur, ut notabiliter tradit Anton. Faber Iurisprudentiae Papinianeæ tit. 4. princ. 3. illat. 3. confut. 4. Schifordiger. tract. 16. q. 4. Carranca dict. §. 4. num. 14. & 15. Valentia dict. cap. 2. num. 10. Salzed. dict. cap. 2. num. 8. & ultra rationes, quas ipsi tradunt, ex eo etiam merito factum est, quia sola lex æquitate suadente ob favorem publicum fingere potest, homo vero singere non potest, L. si forte 8. ff. Castrensi Peculio, L. Codicillis 91. §. fin. ff. legat. 2. docent Bartol. in L. si quis pro empitore num. 21. in fin. & 24. Iason num. 174. ff. usucap. Aymon conf. 134. num. 33. post plures Valasc. de jur. emphyt. q. 50. n. 6. & tom. 2. conf. 148. num. 8. Giurb. de feud. §. 2. gloss. 2. num. 20. Atque ob hanc rationem verba, & dispositiones hominum non sunt civiliter, & per fictionem intelligendæ, sed vere, & naturaliter, ff. fideicommiss. 76. ff. cond. & demonstr. L. ex ea parte 121. §. Insulam ff. verb. L. fin. Cod. his qui veniam etat. ita in maioribus tradunt Gam. decis. 307. numer. 6. Pereir. decis. 116. num. 2. Molin. in proemio num. 5. cum pluribus Cassanat. conf. 58. num. 20. Larr. 1. tom. decis. 34. num. 18. Valenzuel. conf. 23. num. 104. Galleot. contr. 48. numer. 39. Vela dissert. 49. num. 106. post alios Salzed. lib. 3. cap. 14. num. 22. ubi num. 23 addit, quod in verba ad duplum sensum Civilem, & naturalem trahi possunt, tunc potius ad naturalem trahenda sunt, dict. §. insulam L.

3. §. hæc verba ff. negot. gest. post alios *Ca-*  
*filh. tom. 6. cap. 13. i. à num. 8.* quare fictio  
*dictarum legum nihil prodest opponenti,*  
*neque obest Actori, qui vere superstes erat*  
*tempore mortis ultimi possessoris, & agatur*  
*de dispositione hominis, qui fingere non po-*  
*test, & non de dispositione legis, neque de*  
*hæreditate legitima, quæ à lege defertur, sed*  
*de dispositione testamentaria, cuius verba*  
*naturaliter intelligenda sunt.*

268 Ad secundum de *L. antiqui* 3. ff. si pars  
*hæred.* cum concordantibus, respondet eo-  
 dem modo, quod etiam procedunt ex eadem  
 fictione, qua antiqui voluerunt libero ven-  
 tri prospicere, & non vere, ut notat *Anton.*  
*Faber dict. tit. 4. princip. 3.* explicat elegantis-  
 sime *Valentia dict. cap. 2. num. 7. & 8.* & cum  
 hæc fictio sit retrotractiva, sive translatio  
 de tempore nativitatis ad tempus concep-  
 tionis, non potest fieri in præjudicium tertij,  
 qui interim jus acquisivit, *Cap. si prote. cap.*  
*quamvis de rescript. in 6. docet Gloss. per text.*  
*ibi in L. si mulier 20. juncta reg. s. L. insu-*  
*lam 42. §. fin. ff. solut. matr. Bart. in L. si in-*  
*debitum §. 1. & L. bonorum num. 2. ff. rem ra-*  
*tam haberi, cum multis Tiraquel. de primo-*  
*genijs q. 24. junctis his, quæ per text. in L.*  
*2. & 4. ff. natalib. restit. resolvit Gom. L. 9.*  
*Taur. num. 64. & late Pinel. in rabr. Cod. ref-*  
*cind. 1. p. cap. 2. per tot. ex num. 8. & 17. Pro-*  
 indeque in hoc casu fieri non poterat in  
 præjudicium Actoris masculi naturaliter, &  
 vere existentis in humanis, ac nati, & quia  
 fictio veritati prævalere non debet, *L. filio*  
*quem pater 24. ibi: Ne imagine naturæ ve-*  
*ritas adumbretur, ff. liber. & posthum. ubi*  
*gloss. verbo imagine, & omnes, Valenzuel. cons.*  
*23. num. 164. quod & optime simili compro-*  
 batur. Nam si quis ex concubina habeat fi-  
 lium naturalem, ac postea ducat aliam in  
 uxorem, ex qua legitimum generet filium,  
 defunctaque uxore matrimonium contrahat  
 cum concubina, sicque filius naturalis pri-  
 mo natus fiat legitimus ex fictione retrotra-  
 ctiva, *Cap. tanta qui filij sine legitimi, L. cum*  
*quis Cod. naturalib. liber. non nocebit hæc*  
*fictio illi, qui jure legitimus natus est, & is*  
*in maioratu succedet, Molin. de primog. lib.*  
*3. cap. 1. num. 7. ubi verum esse proculdu-*  
*bio dicit, & in judicando, & consulendo se-*  
*quendum, Surd. conf. 369 num. 23. Costa de*  
*retrotractione cap. 48. casu 32. ex numer. 6.*  
*Gom. L. 9. Taur. ex num. 63. Avendaño L.*  
*40. Taur. à num. 41. Peregr. de fideicommiss.*  
*art. 24. num. 35. Pat. Molin. de just. disput.*  
*172. vers. merito, Cevalh. commun. q. 606.*  
*num. 21. Cassanat. conf. 26. num. 14. Giurb. ad*  
*statuta Messan. cap. 1. gloss. 4. num. 120. Ex*

ea, scilicet, ratione, quia legitimus vere na-  
 tus est legitimus, naturalis autem, & si po-  
 stea per fictionem retroactivam factus est  
 legitimus à tempore nativitatis, ea fictio no-  
 cere non potuit legitimu vero, cui antea fi-  
 ctionem erat jus quæsumum. Sic in proposi-  
 to cum Actor vere, & naturaliter tempore  
 delati maioratus natus, & solus masculus  
 existeret, coque tempore Ludovicus, qui in  
 utero erat, neque homo, neque animal ve-  
 rum esset, sed viscerum matris portio, quam  
 per fictionem intelligeretur natus à tempore  
 conceptionis, hæc retrotractio præjudicare  
 non potuit Actori vere nato, nec tollere jus  
 illi quæsumum ad maioratus successione.

Quod etiam maxime confirmatur ex na-  
 turæ successione maioratus, quæ ea est, ut  
 nec per momentum possit esse in pendentia,  
 sed mortuo ultimo possessore illico defertur  
 personæ habili proximiori extanti, & quæ  
 hibeat qualitates à testatore requisitas, ex  
 regul. *L. fin. ff. communia præd.* cum alijs  
 probat laudissime *Molin. lib. 3. cap. 10. à num.*  
*4. sive 15. ubi multos adducit, & tandem*  
*sequitur num. 8. vers. sed his omnibus, Al-*  
*ciat. r spons. 119. num. 9. lib. 9. Avendaño L.*  
*40. Tauri gloss. 6. à num. 13. plures quos ad-*  
*dicit Flor. de Mena in Addit. ad Gam. decis.*  
*27. num. 4. late Fusar. de subdit. q. 318. n. 3.*  
 & cum pluribus Aldit. ad *Molin. dict. cap. 10.*  
*à num. 1. usque 44. vers. verum, Tanglins*  
*dict. decis. 17. num. 2. alias 22. quare reser-*  
*vatio illa, quæ in dict. *L. antiqui*, & similibus*  
*fit ventri, tempus nascendi non potest ap-*  
*plicari huic maioratu, qui in pendentia esse*  
*non poterat, sed illico deferendum proxi-*  
*miori habenti qualitatem à testatore requi-*  
*sitam.*

Ad tertium respondet Actor, quod leges  
 in eis allegatae procedunt ex eadem fictione,  
*Valentia dict. cap. 2. num. 8.* Namque natu-  
 raliter, & vere, is, qui in utero est, cum ho-  
 mo non sit, non facit gradum, ut sequentem  
 excludat, ut cum *Christophoro de Paz* tradit  
*Carranca dict. cap. 2. §. 1. illat. 1.*

Sic etiam ex eadem fictione legum proce-  
 dunt privilegia juris Civilis collata illis, qui  
 in utero sunt, quia hanc fictionem potuit  
 lex facere, & ad ejus imitationem idem fe-  
 cit prætorium jus, dando illis bonorum pos-  
 sessiones edicti successorij, unde liberi, unde  
 legitimi, unde cognati, & alia similia ex hac  
 fictione demandantia; & memoror, quod  
 dum in Senatu Portuensi gravaminum es-  
 sem Senator, quod ita judicavi in quadam  
 causa super interpretatione legis, videlicet  
*Ord. lib. 4. tit. 92.* Ubi, quod conceptus ha-  
 bebatur pro nato, quia tunc erat casus legis,

in quo tenebar sequi legum fictiones, quod non ita dicerem, si ageretur de dispositione hominis, quæ non in fictione, sed naturaliter interpretanda est.

271 Noa item resistunt Doctores, qui ad successionem maioratus admittunt eos, qui in utero sunt, quia loquuntur generaliter, & in maioratibus simplicibus, & ordinarijs, cū in illis vocentur indistincte, & indeterminate omnes posteri descendentes collaterales, & consanguinei de familia, atque ita, tam nati, quam nascituri vocati censentur, quasi in certum eventum, & conditionaliter, neque tunc necesse est, quod successor sit natus tempore mortis, & sufficit, quod conceptus sit, ut eleganter notavit Socin. in L. si cognatis num. 30. ff. reb. dubijs, sic concilians text. in L. cum pater 79. §. bāreditatem o. 1. ff. legat. 2 cum L. cum ita legatur 33. §. in fidei commissō ff. eod. tradit Molin. lib. 1. cap. 6. n. 49. & optime videndus Salzed. de repræsent. lib. 2. cap. 2. num. 18. Et quia natura maioratus est, ut sit perpetuus, & ex hac ratione admittuntur concepti, ad maioratum, secus vero est dicendum in maioratibus qualificatis, & extraordinarijs, in quibus institutor certam aliquam qualitatem, certo, atque determinato tempore requirit, tunc enim is est admittendus solus, qui eam qualitatem habeat certo illo, & determinato tempore, ut in nostra hypothesi, quoniam ante omnia servanda est forma data in scriptura maioratus, Molin. lib. 1. cap. 2. num. fin. Valenz. 2. p. conf. 113. num. 118. & seq. late Castilb. 6. contr. 155. in fin. Giurb. de feudis prælud. 4. num. 73. & tanquam lex, Solorzan. de jur. Indiar. 2. tom. lib. 2. cap. 11. num. 11. late exortat Salgad. de protection. Reg. 4. p. cap. 3. à n. 44. cum seqq. Et cum ex forma, & tenore hujus maioratus ille masculus vocetur, qui realiter superstet, & præexistat tempore mortis ultimi possessoris, ut probatum manet, non succedet in eo, qui natus non est, nec realiter extat, ita in specie distinguit, & judicatum dicit Grivellus de Dolana 108. Galileotus lib. 1. contr. 48. num. 43. & 47. & 57. num. 31. vers. ultimo, quod totum provenit à voluntate instituentis, qui aliam formam ordinavit succedendi, & aliam qualitatem naturalis, & veræ existentiæ requisivit, & non fictæ.

272 Ex quibus meritissimi Curialis Prætoris quoad Ream sententiam confirmarem, quoad Actorem vero revocarem. Vlyssipone 28. Martij 1665. Teixeira.

273 Latè, & abundanter ad nauseam usque utraqne pars dilatavit fimbrias suas, ita ut nihil de novo dicendum, aut addendum su-

peresse videbatur: ita transcribere, nec liber, neque est nostri moris, nostri tamen maneris est ex doctrina Aristot. 4. Ethic. c. p. 2. separare nonnulla, quæ in presenti controversia nobis videntur otiosa: nonnulla dis- pungere, & respuere, quæ libere fuerunt dicta: nonnulla, quæ sunt inutilia, & tunc sco- sum attingere, ex quo pender decisio præ- sentis causæ: quæ inter cæteras, quæ sunt de presenti in foro, caput extulit in altum, tum ex humeris Magnum, quibus portatur, tum ex ejus substantia, & momento: adsit Spiritus Dei, & radio æterni luminis intellectum, & mentem nostram illuminet, ut uni, cui debetur, plenissime jus suum tri- bniatur. Adit etiam Dei Paraclitus, ut multi- plicatis radijs leniat, & cæterorum corda quiescat, ne male vertatur, quod in timore Dei judicamus.

*Quoad ea, quæ sunt otiosæ dictæ.*

Illud certissimum est maioratum, de quo agitur, agnationis esse in personis duorum in- stitutoris fratum Men Peres, & Ioannis Pe- res, reperiuntur enim vocati successive corum filii, & nepotes masculi, & expelle ex- clusæ eorum fæminæ per clausulam genera- lœn, quæ comprehendit omnes casus, qui non sint specialiter provisi, ut tradit Gratian. forens. cap. 522. num. 34. Valenziel. conf. 28. num. 97. & seq. Surd. conf. 456. num. 48. & conf. 550. num. 14. & decis. 322. num. 24. Fontanell. 1. p. decif. 246. à num. 6. Castilb. lib. 4. contr. cap. 41. num. 27. & lib. 5. cap. 95. à num. 41. per text. in L. cohæredi §. qui pa- trem ff. de vulgarib. L. sed & si §. hæc clau- sula vers. deinde ff. ex quib. caus. maior. L. uxorem §. facillime in fin. ff. de legat. 3. vel prædictæ fæminæ sint ex generatione, & in- stituentis familiæ, vel sint extraneæ, in termi- nis Castilb. contr. lib. 2. cap. 4. num. 175. ibi: Cum alijs recte constituit agnationem tunc censi conservare voluisse, quando fæmina semper excluditur, & nullo casu admittitur, secus tamen ubi in aliqua parte dispositionis vocatur.

Quod post Bald. in conf. 473. lib. 5. adver- tit etiam Molin. de primog lib. 3. cap. 5. num. 9. vers. hæc tamen distinctio, Menoch. conf. 1228. num. 28. vers. 1. Lara de vit. homin. cap. 30. à num. 81. & 96. Joseph Vela dissert. 49. num. 58. Fusar. de subst. q. 499 à num. 15. Tanaglia de sacr. Rom. Rott. audit. lib. 1. cap. 6. num. 6. & 7. judicatum dicit Castilb. supr. num. 25. vers. nos vero, spreta opinione illo- rum, qui tenuerunt sufficere ad maioratum agnationis constituendum clausulam, per quam

quam masculi vocantur cum quocunque alio adminiculo, verbi gratia, portandi arma, vel assumendi nomina, quam merito refutat *Larr. 2. p. decis. 53.* qui fundamenta assert *num. 9.* & fundamentis contrarijs satisfacit *num. 19.* & seniori consilio Senatus noster contrarium judicavit, ut per *Sous. de Maced. decis. 19. num. 11.* requirendo exclusionem fæminarum expressam post vocationem masculorum, ut maioratus agnationis censeatur, & spreta opinione illorum, qui ultra desiderant.

276 Ex qua resolutione duo resultant: primum est exclusio regularis fæminarum, & earum filiorum, descendantium à duabus illis fratribus per instituentem vocatis ( nisi aliqua particulari ratione, vel conjectura admittantur ) quia matre absolute exclusa, filii manent exclusi, cum enim propriam vocationem non habeant, eadem ratione excluduntur, qua mater excluditur; incapacitas enim materna influit in filios, *Mantic. de conjectur. lib. 11. tit. 12. à num. 33. usque ad 37. Ant. Gab. commun. tit. de hered. inst. conclus. 3. num. 17. Decian. conf. 3. num. 98. & 99. lib. 1. Mier. de maiorat. 2. p. q. 2. ex num. 18. Garc. de benef. 2. tom. p. 7. cap. 15. ex n. 40. latissime Castilh. lib. 5. contr. cap. 103. per tot. maxime à num. 12. Secundum quod resultat, est nimis otiosum, esse in praesenti controversia disputare de agnatione, devinit enim successionis casus ad terminos, in quibus huic disputationi non sit locus. Si enim Actor, Reus, vel opponens descendret ab aliqua ex sororibus institutoris, tunc occurrebat disputare, si instituens vocando sororum filios masculos, & nepotes, in defecum filiorum fratrum, visus foret modo illo artificio suscitare agnationem, vel tantummodo ad masculinitatem attendere, circa quod videndus erat *Larr. decis. 54. à num. 6. vers. ita saltē, & decis. 53. à n. 16. Cassanat. conf. 15. num. 34. & seq. & conf. 120. num. 20. vers. duodecimo, Reminald. 107. 1. conf. 23. à num. 86. Mier. de maiorat. 2. p. q. 6. in nova impressione à num. 264. Castilh. 6. contr. cap. 133. à num. 12. Vela dissert. 49. à num. 45. vers. alterum, & vers. vel ab ipso.* At cum simus extra hos terminos, & nec Actor, nec opponens, nec Rea descendant ab institutoris sororibus, imo sint omnes dirivati ab illo Trunco, Men Peres, qui fuit primo loco per institutorem vocatus, æqua lance ad successionem concurrunt: & est verum dicere, quod finita agnatione Medi Peres primo loco vocati in Domino Ludovico, & non data descendantia masculina Ioannis Peres vocati loco secundo, nec etiam*

illarum trium sororum, quarum filij masculi fuere tertio loco ordine successivo vocati, agnatio manserit extincta, & maioratus successio deferenda esset secundum ordinarios, & regulares terminos, ex resolutione de qua unus præ multis *Castilh. lib. 6. contr. cap. 143. §. unico.* Si instituens tacite per conjecturas, vel expresse per pronunciata verba non disposuisset aliter, & alia forma, de qua nos tractabimus infra.

Et si instant pro parte Actoris dicendo, 277 quod deficiente agnatione Men Peres morte Domini Ludovici, & non data descendantia masculina Ioannis Peres, subintrat illa vocatio filiorum sororis Ozendæ, quæ est in occurrenti casu in favorem Actoris practicanda ex vocatione expressa, hoc ut proposuimus in principio, est nimis liberè dictum.

*De libere dicto agamus.*

Dico nimis libere dictum esse, Actorem habere vocationem propriam, & expressam, 278 eo quia triplici modo quis potest dici vocatus individualiter, specialiter, & generaliter, magistraliter *Bart. in L. Titius ff. liber. & posthum. Menoch. conf. 124. num. 89. tom. 2. & conf. 200. à n. 6. Fusar. de subst. q. 359. n. 2. vers. scias autem, Surd. conf. 125. n. 17. alias 517. Castilh. contr. 5. cap. 93. num. 17.* Actor autem nullam habuit, nec habere potuit individualem vocationem: nullam specialem, quia institutio maioratus non devenit ad casum, in quo filii masculi, & nepotes sororum instituentis, habuissent locum: nec ipse est ex ea linea descendens, ut est in confessio: est ergo, & venit Actor generaliter cum alijs de familia, agnatione in persona Ludovici extinta, & quod Actor pro se habet, est vocatio presumpta, & interpretata.

Nec contrarium evincit doctrina, quam nobis doctus Patronus inculcat cum *Valenzuel.* & alijs citatis in sua peroratione *num. 228.* nam omnes DD. per illum ibi citati solum resolvunt, quod nos agnoscimus; nempe, quod quando disponens per plures gradus substitutionum digrediatur forma per ipsum assignata, sit in quolibet gradu observanda, & hoc etiam dicit *Cald. dict. conf. 15. num. 14. Gam. decis. 308. num. 4. ibi: Nam ordo succendi datus primum institutis, debet & in posteris observari, Castilh. contr. 2. cap. 4. num. 14. ibi: Ordo datus inter primos nominatos servari debet inter reliquos substitutos.* Et noster *Valasc. consult. 171. à princip. loquitur de institutore disponente de fideicomisso post mortem uxoris suæ filio suo deferendo,* & co-

## Tractatus de Exclusione, Inclusione,

& eo mortuo sine filijs vocavit Ludovicum suum nepotem ex filia Maria, in quo non immerito conditio illa sine liberis præsumitur repetita, quia datur vehemens juris præsumptio, quod disposita in prima vocatione, seu substitutione filij, censeantur repetita in nepote post eum vocato: in quo datur par ratio affectionis, & affectus: sed ex horum Doctorum resolutione non convincitur, quod vocatione facta filiorum, nepotumque sororum transversalis institutoris in defectum filiorum fratum suorum repetita, in Actore nostro censeatur, datur enim distantissima ratio inter dispositionem transversalis, vel ascendentis, & ad summum solum convincitur dari per argumentum in favorem Actoris vocationem præsumptam: sed quod habeat vocationem individualem, & specialem expressam, ut afferit doctus Patronus, hoc libere dictum intelligimus: unde ex dictis num. 1. concludimus maioratum agnationis in fratribus, & ex numer. 3. otiosam quæstionem in filijs, & nepotibus sororum, & ex num. 4. & 5. quod fuisse libere dictum habere vocationem expressam Actorem nostrum.

*Eamus ad incivilia pro Rea minus  
bene adducta.*

Pro Domino Reo nonnulla opponuntur  
280 incivilia: nempe dispensatio allegata, lataque super ipsam sententiam. Nam Summus Pontifex, licet habeat duos gladios, spiritualem, scilicet, & temporalem, quia utrumque Dominus commisit Petro, & ideo non sine causa ei dixit, Tibi dabo claves, non clavem unam, sed duas? Unam, qua claudat, & aperiat, liget, & solvat quoad spiritualia, aliam, qua ad temporalia uteretur, ut per Joann. Hugon. de offic. Prælat. p. 1. num. 1. inter tractatus Doctorum tom. 13. p. 2. fol. 290. jurisdictionem temporalem habet Pontifex in habitu, non autem in exercitio: hoc etenim in Reges fuit per Ecclesiam translatum: ut tom. 13. tract. Doctor. p. 1. num. 17. & 18. fol. 289. Iacob. dict. conf. lib. 6. à 5. num. 17. & seq. & tom. 14. fol. 106. num. 18. & quod magis est, nec etiam sæcularis Princeps de plenitudine potestatis potest præjudicare substitutis ad fideicommissum, vel maioratum vocatis, mutando, vel alterando conditio nes, sic clausulas, ut colligitur ex text. in L. si testamenta 10. Cod. de testament. ubi Fulgos. Roman. & Iason. communiter per Pinen. in rubr. de rescindend. vend. 1. p. cap. 2. n. 16. Covarr. lib. 3. resolut. cap. 6. à princ. Molin. lib. 1. de primog. cap. 8. ex num. 28. &

lib. 3. cap. 3. ex num. 11. & lib. 4. cap. 3. vers. in primis à num. 1. cum seqq. neque derrogare dispositioni testatoris expressæ, L. si testamentum 10. Cod. de testament. ibi: Si testamentum jure factum sit, & hæres sit capax, auctoritate rescripti nostri rescindi non oportet.

Covarr. in epitom. success. ad Decret. 2. p. 281 cap. 6. num. 6. & 7. Mantic. de conjectur. lib. 11. tit. 12. num. 32. Pereg. de fideicomiss. art. 52. num. 125. & 127. Crassus de success. §. 1. num. 8. Menoch. de success. creat. lib. 1 §. 1. num. 29. Moneta de commut. ultim. vol. cap. 6. num. 29. & seqq. Molin. de primog. lib. 1. cap. 8 num. 31. & lib. 2. cap. 7. num. 32. Quæ resolutio procedit etiam ante delatam majoratus, seu Capellæ successionem: nec offenditur absoluta potestas Principis, imo potius augetur; Principis namque est, non quod libet, sed quod licet, nec ad plenitudinem potestatis, sed tempestatis pertineret destruere, mutare, vel alterare, quæ testator in suo elegio, vel institutor in instrumento disposuerat, ut tenet eleganter Pinel. in rubr. de rescindend. 1. p. cap. 2. à princip. & num. 16. Covarr. dict. cap. 6. num. 7. Nec in tali casu jus quæsitum est æstimandum ex parte successoris, cui sola spes succedendi in fideicommisso, seu maioratu competit, sed ex persona disponentis, cui sine dubio jus quæsitum aufertur, quando libera potestas disponendi de re propria, & de rebus suis diminuitur, nihil enim aliud est dominium, quam libertas disponendi de suo, ut per Bart. in L. si quis vi §. differentia num. 4 ff. de acquirend. Anth. de nuptijs § disponat collat. 4. optime consideravit Covarr. dict. lib. 3. cap. 6. num. 9. in princ. & in vers. tertio deducitur, Burg. de Paz. in proem. ad LL. Tauri num. 343. & ante eos Deciu. conf. 357. n. 8. vers. non obstat, quidquid sit, quando non agitur de mutandis conditionibus, vel clausulis, sed de alienandis nonnullis ex bonis, de quo videndus Molin. dict. lib. 4. cap. 3. numer. 2.

Inciviliter etiam opponitur pro Domino 282 Reo distinctio, & divisio maioratus de Oliveira, & de Val de Sobrados, quia nec identitas, nec diversitas præsumitur, & qui unam, alteramve allegat, illam tenetur probare, Surd. conf. 168. num. 30. Gail lib. 2. pract. ob serv. 81. num. 8. Menoch. de presump. lib. 3. præsump. 15. num. 2. Marescot. var. lib. 1. cap. 12. num. 19. Altogr. conf. 24. num. 32. Rea autem diversitatem non probat; imo per contrarium evincitur unum, & alterum incorporatum, quaque alij conjunctum: unde sequitur eandem naturā, tum ex regula accesso-

accessorium de regule. jur. in 6. L. etiam Cod. de jur. dot. Cap. super gratia de offic. delegat, post Menoch. & Surd. Mastrilb. conf. 115. n. 8. Castilb. contr. cap. 198. num. 21. tum quia annexi, & connexi idem est judicium, Cap. cum singulis ubi gloss. verb. annexi de præbend. in 6. gloss. verbo connexi in cap. quanto de judiciis, Girond. de privileg. num. 751. Novar. in praxi q. 56. sect. 1. Mend. à Castr. in praxi lib. 5. cap. 4. num. 43. late opponens in sua peroratione, Cald. conf. 15. num. fin. Larrea, qui plura adducit, decif. 67. num. 12. Mier. de maiorat. 1. p. q. 10. à num. 23. & à num. 50. & 94. & 106. citati omnes per Actoris Patronum in sua peroratione num. 234. ubi cum Mier. supra 4. p. q. 21. à num. 60. & 2. p. q. 5. à num. 47. & cum Barb. in L. cum Prætor §. fin. num. 14. ff. de judic. advertit sufficere tempus quadraginta annorum, pro quo solet allegari illud Aretini consilium 274. & dicit in specie videndus Cassan. conf. 47. numer. 22.

<sup>83</sup> Rejectis igitur superfluis, quæ nobis proponunt præsens jurgium nubeculis involutum, & nimis confusum, accingamur modo ad fundamenta, quibus Actor pugnat: opponens se opposuit, & Rea denique se defendit, ut omnibus examinatis, & recta mens trutina ponderatis, deliberatio nostra in re tanti ponderis, & momenti in lucem procedat.

#### Quoad Actorem.

<sup>284</sup> Supponitur in facto versari præsens controversia circa duos maioratus ejusdem naturæ, irregularis, scilicet, institutos per duos illustrissimos Præsules, Rodericum Episcopum Lamecensem, & Martinum Archiepiscopum Bracharensem, Hispaniarum Primatum, qui in ultimo elogio suo instituit agnationis maioratum in persona fratrum Men Peres, & Ioannis Peres, ea cum declaratione, & qualitate, ut vita sua durante possedisset primus vocatus, & à morte, idest tempore mortis suæ successisset filius ejus primogenitus, legitimus, sacerularis, & baro, exclusis filiis uxoris suæ, quæ tunc erat Guiomar Martins, & quod si iste filius tempore mortis suæ filium habuisset cum eisdem qualitatibus, ipse esset successor, & indefectum succedit esset Clericus: eisdem conditionibus expressis, & relatis, quæ observantur per nepotes, & pronepotes in perpetuum, & prævidendo institutor casum, quod deficerent filij, nepotes, & pronepotes legitimi, & barones tempore mortis fratris sui Mendi, tunc substituit filium legitimum laicum, & baronem alterius fratris Ioannis Pe-

Pars II.

res eodem modo, & eisdem qualitatibus, & conditionibus, quas in priori successionis gradu exposuerat: addidit, quod si tempore mortis istius filij fratris sui Ioannis remansisset filius baro, legitimus, & sacerularis, ipse esset successor eodem modo, & forma, & quod ita maioratus in perpetuum deferendus foret per filios, & nepotes: cogitando autem testator de agnatione forsitan tempore extingueda, tunc fecit vocationem tertiam de filio, nepoteve sororis suæ Ozendæ, legitimo, & barone, eodem modo, & eisdem conditionibus relatis, cui successisset filius ejus legitimus laicus, & baro sub predictis conditionibus, & in defectum successisset Clericus; & deficientibus filijs, & nepotibus masculis Ozendæ, tunc alias substitutiones fecit in filijs, & nepotibus masculis aliarum sororum: hoc polito de facto, veniamus ad jus.

#### Primum fundamentum pro Actore constitatur.

Primum fundamentum, quod pro parte <sup>285</sup> Actoris adducitur, illud est, quod tempore, quo devoluta fuit successio morte ultimi possessoris Domini Ludovici, in quo expiravit agnationis linea à Mendo primo loco per institutorem vocato dirivata, jam mortua erat Domina Magdalena ejus mater, & ultimi possessoris soror, & ipse erat desimpeditus ad succedendum, obstaculo matre remoto: qualitas est, quæ non concurrit in alijs pretensoribus, vivebant namque eorum matres, quæ eis obstatabant, quia in maioratibus, in quibus matres excluduntur, & filii vocantur, non admittuntur filii, dum matres vivunt.

Pro firmanda autem hac resolutione, quod non fiat locus filio, dum vivit incapax mater, plures Doctores adducuntur, quos omnes citat Fusar. de substitut. q. 404. num. 8. qui adit cum tertia opinione, de qua ibi, absurdum esse, quod mater proximior excludatur, & admittatur ejus filius remotior, & pro corroboracione hujus fundamenti stat primo, text. in L. fin. Cod. naturalib. liber. ibi: Sed intervenerunt sibi naturalis, nullum ius legitimum subesse potest. Vbi notatur, quod sicut filius illegitimus est insuccessibilis patri, ita est insuccessibilis nepos, licet ex legitimo matrimonio nascatur, tanquam procedens ex radice infecta, Ioann. Andr. ad Speculator. tit. de success. ab intest. §. 1. Alex. conf. 74. super eo lib. 5. cum alijs per Tiraq. de primog. q. 12. num. 13. Torniol. conf. 83. num. 1. lib. 1. nam ut inquit text. nulla consequentia posse

H

test esse legitima ex illegitimo nascendi principio, & radice corrupta, Bald. in L. fin. in fin. Cod. verbor. significat. & in Lege ex libera Cod. suis, & legitim. stat secundo, quod considerata incapacitate matris, inhabilitatur medium, unde conjungi non possunt extrema, L. quis sella §. ultim. ff. servit. rustic. præd. impeditur enim transitus per medium, si est inhabile illud medium, Paul. Castrens. conf. 421. col. 2. vers. secundo sic lib. 2. plures Beccius conf. 138. num. 7. stat tertio, quod exclusa fæmina, excluditur masculina proles, quæ descendit ab illa, L. si viva matre Cod. bon. mater. cap. 1. §. hoc autem notandum, qui feud. dar. poss. Ord. lib. 2. tit. 35. §. 14. ad fin. Castilb. contr. lib. 3. cap. 29. & lib. 5. cap. 103. num. 12. Vbi dicit, quod omnes rationes, quæ militant, ut filius Baro, qui procedit de fæmina exclusa, non possit succedere, militant pariter, ut nepos legitimus ex filio illegitimo non succedat, & quod sit efficax argumentum de uno ad alterum casum, & cum eisdem rationibus arguit Cephal. conf. 103. num. 2. & 3. & conf. 581. lib. 4. Menoch. conf. 172. à num. 1. usque 8. lib. 2. Mier. de maiorat. 2. p. q. 2. ex num. 18. usque 25. & promiscue utitur eisdem argumentis, Torniol. Beccius, Surd. & Molin.

287 Confutatio præcedentis, & prioris fundamenti A. quidquid præcedens, & prius Aetoris fundamentum, falsum sit authoritate tantorum Doctorum, & proximis rationibus corroboretur, illud tamen non convincit intellectum nostrum, supposito enim de facto, quod institutor post generalem exclusionem fæminarum admisit, & vocavit ad successionem in defectum filiorum, & neptum masculorum ab uno, & altero fratre descendantium, filios, & nepotes prædictarum sororum, tales filii, seu nepotes, habent vocationem propriam, & expressam, vel institutor habuisset considerationem ad agnationem artificiale conservandam, vel ad masculinitatem, quod modo non disputamus, & per consequens intrant ad successionem jure proprio, & ex propria persona, & non jure transmesso, ex his quæ late Molin. de primog. lib. 1. cap. 1. num. 17. cum duabus sequentibus, & lib. 3. cap. 6. num. 39. Pelaes de maiorat. 2. p. q. 10. num. 4. Avendaño in L. 40. Taur. gloss. 11. num. 30. exornat Valenz. conf. 23. num. 9. & 10. lib. 1. & est in eorum favor generalis illa regula maioratum, secundum quam quicunque ex successoribus intrat ad successionem jure proprio, & non transmesso, tanquam immediatus fundatoris donatarius, L. quandiu à 3. §. his autem ubi Bart. ff. de acquirend. hæred. L. unic. §. pro-

secundo Cod. de caduc. tollend. Menoch. conf. 1057. num. 1. & 3. & num. 53. & 59. lib. 1. Burg. de Paz quæst. civil. 10. ex num. 40. Valenzuel. dict. conf. 23. num. 10. Molin. de primog. lib. 4. cap. 11. num. 48. quia quicunque descendens in institutione comprehensus habet ordine successivo distinctum, & separatum jus, & diversam vocationem, licet per institutorem collectivo modo conceptam, quin una pendeat ab alijs, L. cohæredi §. cum filia ff. de vulgarib. L. unum ex familia §. si de falsidia cum similibus ff. de legat. 2. docuit Bart. conf. 59. num. 3. lib. 1. Paul. de Casbr. conf. 164. num. 4. lib. 1. Abb. conf. 85. n. 2. lib. 1. Decius conf. 498. num. 19. Parisius conf. 72. num. 2. lib. 4. Valasc. 2. p. consult. 160. n. 7. Molin. lib. 1. cap. 8. num. 2. Valenz. conf. 60. num. 14. & 15. Vbi cum pluribus dicit, quod successor non admittatur ad successionem prout ex nunc, sed prout ex tunc, id est à principio investituræ, & foundationis, ex gloss. in cap. unico de feud. cogn. ubi dicit descendentes in institutione maioratus vocatos, non acquirere jus novum, sed jam acquisitum recipere, cum Baldo Alvarad. Præposito, & Claudens. tenet Tiraquel. de jur. primog. q. 40. num. 99. quibus accedit Bald. in cap. 1. n. 5. an mutus, vel surdus, qui in eisdem terminis asserit, quod post mortem ultimi possessoris non dicatur successor acquirere, sed retinere: sequitur Ruinus conf. 19. n. 2. lib. 1. quos refert idem Valenz. dict. conf. 60. n. 17. ex qua doctrina fit planum exclusionem matrum contendentium nostrorum, licet adhuc tempore mortis suæ vixissent, & essent per institutionem incapaces succedendi, non esse impedimento successioni filiorum, & est resolutio Bartol. in L. 1. §. si sit nepos in principio vers. unde prima solutio ff. de collat. dot. & in L. 1. §. si sit filius vers. sed mihi ff. conjung. cum emancip. lib. Bald. in L. si avia in 4. oppositione Cod. de liber. præterit. & in auth. cessante Cod. legitim. hæred. & Gregor. Lop. in L. 3. gloss. verbo mugeres circa medium tit. 13. part. 6. dicit, quod licet nepos veniat, & sit natus ex fæmina, non tamen succedit, ut fæmina, sed ut masculus, plures refert ad intentum, Castilb. lib. 3. contr. cap. 15. ex num. 70. usque ad 72. Rotta noviss. apud Farinac. 1. tom. decis. 463. num. 9. in specie Cephal. conf. 103. à num. 6. usque 321. Beccius conf. 138. num. 29. 38. & 46. vers. atque hæc equidem, Panciro. conf. 169. n. 13. lib. 1. & est verum dicere, quod licet matres sint incapaces succedendi propter generalem exclusionem, filii tamen earum sunt habiles ad succedendum in omnibus rebus, quæ ex persona propria proveniunt, atque ita succedendi

dendi in maioratu propria sua persona, & vocatione propria contemplatione matrum contempta, ut in praesenti casu primus omnium docuit Bart. conf. 118. num. 1. & 2. lib. 1. Craveta conf. 127. num. 1. Tiraquel. de jnr. primog. q. 40. num. 115. Beccius conf. 138. n. 29. & 30. late Paleot. de nothis, & spur. cap. 53. late Cephal. cons. 103. num. 7. lib. 1. Gonsal. l. de mensib gloss. 5. in princ à num. 115. & num. 120. Garc. d. 1. p. cap. 15. n. 53. Marth. conf. 26. num. 31. & 32. & 36. & de success. leg. 1. p. q. 1. à 3. num. 5. & multoties ita judicatum in Rotta Roman. testatur Gonsal. & Garc. novissime apud Farinac. dict. dec. 463. num. 9. tom. 1. & hanc tanquam communem sequutus fuit Castilb. lib. 3. cap. 15. num. 70. & 72. Peregr. de fideicommiss. art. 26. n. 6. Petr. Cabal. conf. 1108. & licet ab hac communi discessit Surd. reprobando distinctionem succedendi ex jure proprio, aut ex persona matris conf. 85. num. 11. & 12. cuius formalia verba retulit Castilb. dict. cap. 103. num. 24. inclinatus ad contrarium opinionem, cuius acerrimus extitit defensor dict. cap. 103. num. 11. usque ad fin. tamen tanta est vis, & pondus veritatis, quod illam non ausus fuerit inficiari, nec contrarium sequi ab illo, quod habebat amplexum, & sequutum lib. 3. cap. 15. num. 70. & 72. & ita postquam retulit Surd. verba dict. cap. 103. numer. 24. successione ita dixit, sed quia durum videbitur à communi scribentium distinctione recedere, quam Egomet ipse amplexus fui in Commentar. lib. 3. cap. 15. n. 70. & 72. &c.

288 Et quidquid dict. num 24. dicat neminem posse ad successionem admitti, nisi præedens gradus sit successibilis, quia destruendo ordine, destruitur ordinabile, & ita cum non possit succedere mater, quia est exclusa, deficit successio in filijs, &c. Frivola sunt hæc omnia, & destruuntur eadem distinctione, quia supposito, quod filij, & nepotes succidunt ex propria persona, & ex jure proprio, & propria vocatione, respectu illorum, non est præcedens gradus, qui sit considerandus successibilis, vel insuccessibilis, nec radix infecta, nec medium inhabile: imo assertendum est constanter, matrem non fecisse gradum, & auferendam de medio, ac si non esset; quia filius, licet intret locum matris, non succedit eam repræsentando, sed intrando locum vacantem ipsius matris propter exclusionem incapacis, Succin. senior in L. Gallus §. nunc de lege num. 5. ff. de liber. & posthum. & conf. 2. num. 2. ad fin. & 3. lib. 3. ubi num. 5. dicit ita fuisse consultum per omnes Doctores Italæ, Valenz. conf. 97. num. 128. lib. 1. Rebetti conf. 22. à num. 10. Mantic.

Pars II.

de conjectur. lib. 8. tit. 18. ex num. 53. & 54. lib. 5. tit. 14. num. 6. & 7. Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. num. 48. Hieron. Gab. conf. 96. num. 23. Garcia de benefic. 7. p. cap. 15. num. 53. optime Rota apud Farin. dict. decis. 463. num. 9. tom. 1. fere per eadem verba: cum quibus inanis redditur Castilb. solutio, qui recognovit, & tentavit aliud responsum n. 25. quod singulare dixit, & longo studio digestum: pondere tamen difficultatis, & veritatis oppressus confitetur tandem veram esse distinctionem.

Responsio ad Fundamenta, quibus confirmabatur primum Actoris argumentum.

Ad fundamenta autem, quæ adduximus 289 pro corroboratione supra num. 11. satisfit dicendo, incapacem pro mortuo reputari, L. 1. §. sed si Patronus ff. conjung. cum emancip. lib. ibi: Pro mortuo habetur, & secundum hoc si primus vocatus est incapax, statim sequenti substituto fit locus. L. 1. §. qui habebat ff. bon. poss. contr. tabul. ubi Bart. ait filium incapacem non obstat sequentibus in gradu, habet enim se ac si esset mortuus, Mol. de primog. lib. 1. cap. 9. num. 27. & seqq. Mart. conf. 183. ex num. 32. lib. 1. Torniol. conf. 83. num. 19. & 20. lib. 1. &c ad effectum successionis idem est eile incapax, ac esse mortuus, defendit Mantic. de conjectur. lib. 8. tit. 18. à n. 48. ubi hunc articulum optime dirigit.

Secundum fundamentum pro Actore refutatur, ut primum.

Secundum fundamentum, quod pro A-  
ctorre adducitur, versatur circa vocationem, 290  
quam dicit patronus ejus expressam, de quo jam diximus supra num. 4. & 5. libere dictum fuisse, hoc fundamentum si probasset Actor, proculdubio hoc solo obtinuisse: non possumus enim negare, quod illi, qui reperiuntur expresse vocati, preferuntur in successione cæteris, licet sint in meliori linea, proximiiores in gradu, vel in ætate maiores, text. est in L. cum ita §. in fideicommiss. off. de legat. 2. ubi gloss. verbo nominati, Bart. & Bald. Covar. pract. cap. 38. num. 6. Molin. 1. cap. 4. num. 2. 3. Gam. decis. 160. n. 3. Valisc. conf. 121. num. 2. & conf. 179. n. fin. Valenz. conf. 25. num. 94. Castilb. qui omnes refert §. contr. cap. 93. num. 17. Fusar. q. 359. Surd conf. 125. num. 17. quia ex speciali vocatione colligitur maior affectio, Menoch. conf. 200. à num. 12. & evidens voluntatis conjectura, ut patronus sapientissimus considerat cum Castilb. dict. cap. 93. num. 17.

Hij

vers.

*vers. cæterum* : in sua peroratione à num. 21. & in substitutionibus præfertur magis dilectus, *L. cobæredi* §. qui *discretas ff. de vulgar.* *L. Lucius* §. *per puerum, ubi Bart.* & in *L. fin. ff. ad Trebell. Paul.* & *Ias. in L. fin Cod. verb. significat. Cephal. conf. 16. num. 12.* & est *text. inevitabilis secundum Curtium Juniorum conf. 57. num. 12.* in dict. *L. cum ita §. in fideicommisso, Corn. conf. 74. lib. 2. Succin. sen. conf. 116. vers. 3. colligitur lib. 3. Ruyn. conf. 40. num. 4. lib. 1. Menoch conf. 310 n. 7. lib. 4. Fusar. conf. 41. num. 11. & de substit. 9. 479. num. 62. Surd. conf. 225. num. 16. Sed jam supra num. 4. & 5. confutavimus hoc secundum fundamentum, non habet enim Actor vocationem individualem, nec expressam, & ad summum habet vocationem præsumptam ab arguento deductam, quæ per se non sufficit ad obtainendum : eamus ergo ad fundamentum tertium, in quo plus ponderis inveniemus.*

*Tertium fundamentum Actoris adducitur, & defensio editur, illoque præsens iurgium deciditur amplexis alijs, de quibus præcedens Pat. à n. 10.*

291 Dicit Actor, quod ipse solus ad hanc successionem cōcurrerit illa cum qualitate, quam institutor requisivit ; unde ipse solus prærendus cæteris prætensoribus : & agnoscendo, quod voluntas testatoris, & instituentis sit deducenda ab illo, quod testator reliquit per verba sua dispositum, ut tradit Bald. & Imol. in *L. quidam cum filium ff. de hæred. inst. per text. ibi, Menez. in L. unum ex familia* §. si de falsidia num. 18. ff. de legat. 2. Tiraq. in *L. si unquam verbo libertis n. 18. Gam. decif. 27. num. 3. Valasc. consult. 171. n. 7. text. in L. Gallus* §. quidam recte ff. liber. & posth. ibi : *Qui ex verbis concipi possit, quia quando verba omnino deficiunt, voluntas, quæ non transiuit in dispositionem, negligitur, ut per Peregr. de fideicommiss. art. 1. n. 32. & 33. Mantic. de conjectur. lib. 3. tit. 19. num. 5. Gabr. conf. 95. num. 14. & conf. 132. num. 49. vers. non obstat lib. 1. Menoch. conf. 235. num. 33. Fusar. de substit. q. 276. num. 13.* Considerat, & non infiliciter institutionis verba, & dispositionis formam, quæ non absolutè vocavit filios, & nepotes, filios filiorum fratrum suorum Mendi, & Ioannis, legitimos, barones, & sacerdotes, sed qui essent tempore mortis, patet fol. 5. & per totam institutionem, ibi, à morte, à sua morte, &c. quæ verba toties, quoties in institutione repetita apertissime indicant voluntatem testatoris : nam verba, quæ apponuntur post

dispositionem factam, pro demonstrativis reputantur, videndus Giurb. de feud. cap. 118. §. 1. gloss. 6. num 5. cum seqq. & sic predicta verba indicant duo voluisse instituorem ; nempe, illum cæteris præferendum, qui tempore mortis ultimi possessoris esset proximior, quæ dispositio conformis est regulæ text. in *L. 1. §. si quis proximior ff. unde cognati, L. pen. §. quandiu ff. unde legit. L. 1. §. sciendum ff. suis, & legit. hæred. ubi solummodo attenditur ad proximitatem, & capacitatem tempore mortis illius personæ, cui succeditur, L. si cognatis ff. de reb. dub. L. intervenit ff. de leg. præst. Deinde voluit testator, quod dispositio sua, nec momento temporis esset in pendent, in quo etiam fuit conformis communi resolutioni, quæ tenet dispositiones morientium in pendent esse non posse, ut deducitur ex text. in *L. fin. ff. commun. prædior. ubi Bald. & Albert. pro qua resolutione pugnant duodecim fundamenta, quæ adducit Molin. de primog. lib. 3. cap. 10. ex num. 3. cum seqq.* qui postquam fundavit opinionem contrariam, & prædictis fundamentis respondidit, sequutus fuit tandem opinionem, quam reprobaverat, pro qua consuluit Paul. conf. 16. lib. 2. Castilh. 3. contr. cap. 15. ex num. 2. & plures relati per additionem ad Molin. dict. cap. 10. numer. 1. qui licet eodem numero dicat in illa questio. ne, non agi de illo, qui tempore mortis ultimi possessoris, & delatae maioratus successio. nis jam erat conceptus, ipse namque, & si ex post facto nascatur, proximior reputatur, ex regul. L. qui in utero ff. de stat. hom. L. cōmuni §. sed si ff. communi divid. L. cum inter Cod. fiscarijs libert. questio illa procedit, ut videre est apud ipsum, quando vocatio, seu substitutio, & dispositio est absoluta, non quando ad tempus mortis, ut in præsentirestringitur, non enim debemus dicere otiosa verba illa, à morte, à sua morte, toties quoties repetita, cum omnia debeant esse cum effectu accipienda, & intelligenda, Cap. relatum de Cleric. non resid. Squilant. eodem tract. cap. 2. num. 99. Quia qualitas illa, seu tempore mortis additio, requirit realem, & actualem existentiam in humanis verificandam, & non sufficit, quod antea extitissent, & mortui essent, nec etiam, quod superveniant, ut prosequitur lato calamo paronus in sua peroratione à num. 37. ubi adducit cum Doctoribus, de quibus ibi, capitalem illum text. in *L. in substitutione 31. ff. de vulgar.* quæ utrumque casum comprehendit in verbis ibi : *Placuit prudentibus, si quandoque hæres fuisset, &c. & ibi : Nam ita prudentes hoc interpretari sunt, ut ad imponeris mortem con-**

ditio substitutionis esset referenda, ubi gloss. verbo mortem, & Bart. verbo referenda: quæ decisio adjuvatur ex Leg. cum pater §. hereditatem o. i. ff. de legat. 2. & tenet in terminis Castilb. 5. contr. cap. 91. num. 45. & 46. qui loquendo de vocatione facta cum relatione ad tempus mortis, ait in hæc verba: *Id ipsum dicendum erit generaliter, quoties maioratus institutor vocationes, institutiones que ea verborum forma ordinaverit, quod ad tempus mortis ultimi possessoris se restrinxerit, aut se restrinxisse videatur, tunc namque habilitas, & qualitas necessaria ad succedendum eo tempore considerari, atque præcise intervenire debebit, &c.*

292 Et assignat rationem ibi: *Quia unum tempus determinatum, non recepit alterius temporis functionem.*

In cuius confirmationem est Carol. Bardei. conf. 24. à num. 19. lib. 1. ibi: *Vnde sequitur, quod consideravit illos esse natos, & capaces tempore mortis, quia dispositio collata in unum tempus ad aliud trahi non debet.*

294 Et rationem hujus rationis deducitur ex Cassanat. conf. 4. num. 89. ubi respondendo instantiæ, quæ opponebatur de substitutione extendenda de casu ad casum, & similiter de tempore a tempus, advertit extensionem de tempore ad tempus, non solum esse præter dispositionem, & voluntatem disponentis, sed contra ipsam: quia quando disponens se restringit ad certum tempus, visus est prohibitionem facere post illud, idem Cassanat. conf. 24. per totum, & ductus hoc fundamento, & hac ratione concludit Mantic. de conjectur. lib. 11. tit. 6. num. 5. quod si filij masculi positi in conditione debent superesse certo tempore, & illo tempore non supersint, conditio intelligitur defecisse, quamvis jam fuerint progeniti, id est, concepti, & tenet Peregr. de fideicommiss. art. 29. num. 6. quod quando affirmativa liberorum conditio est determinata, respectu certi temporis, oporteat tunc filios existere, ut purificetur, & locus sit dispositioni legis, aut hominis, eandem resolutionem amplexus fuit Capycius Galleota in simili vocatione ad tempus mortis relata contr. 48. à num. 18. tom. 1. in verbis ibi: *Cum qualitas ad succedendum in dicto maioratu debeat adesse proprie, & vere tempore mortis ultimi possessoris. Qui bene advertit, modum hunc vocationis, & substitutionis filij tempore mortis factæ, esse conditionalem, & requirere actualiem superexistenciam determinato illo tempore:* & num. 31. hæc protulit formalia verba: *Nam hoc casu, in quo vocatur, qui tempore mortis erit maioratus, videtur expresse dispositum, quod non*

succedat, qui non erit eo tempore maioratus, quia nemo potest admitti, qui tempore mortis non habet istam qualitatem requisitam: item sicut temporis limitatio continet certam inclusionem, ita expressam exclusionem continet quoad alios, qui eam qualitatem non habent.

Et num. 47. tenet cum Bald. quod quando successio habet naturam relationis ad tempus mortis, attendatur prioritas, quæ tunc in rerum natura versatur: & Valenz. conf. 23. num. 159. loquendo per verba illa, qui fuerit tempore mortis, afferit, conditionem induci expressam formalem, & demonstrativam illius, qui tunc temporis mortis existit: & num. 59. quod solum consideratur maioria ejus, qui tunc in rerum natura versatur in simili vocatione, latissime Cald. conf. 75. num. 21. & 23. cum seqq. ibi: *Quoniam inspicienda est omnino qualitas eius, qui superesse deprehenditur filius maior tempore mortis paternæ:* & num. 23. quod ex prædictis verbis conditio inducatur: cum quo concordant Peregr. conf. 33. à num. 16. lib. 3. qui tenet, quod quando concipitur dispositio cum verbis distictivis ad tempus, præcisæ requiratur, quod vocatus exilitat eodem tempore: in idem est etiam Fusar. q. 318. à num. 82. & 83. Menoch. conf. 566. à n. 17. in vers. octavo, & ultimo, & in vers. his verbis, ubi concludit in hunc modum: *Itaque soli Domino Anibali acquisita fuere hæc bona, non alijs deinde natis, quia non extabant tempore mortis.*

*Agamus modo de fundamentis, quæ pro se adducit Opponens, & quia præcedens Pater sapientissimus à n. 26. non nullis satisfecit, dicta non repetam, sed contra principalius in surgam.*

Amplecto fundamento illo, quo indubius 295 moveor ad decidendum pro Actore præsens jurgium, restat enim satisfacere opponenti, & Reo, totus est opposens in eo, quod tempore mortis Ludovici agnati ultimi, esset nepos ejus in utero filię suę senioris uxoris Domini Didaci, cui nato, & postea mortuo successit frater ejus Petrus, qui etiam pariter cum moreretur, successit alias posthumus patrelis, qui erat in utero alterius filiae ultimi agnati Ludovici, & pro posthumis allegatur vulgaris text. in L. qui in utero à 2. ff. de stat. homin. L. quidam §. 2. ff. acquirend. heredit. per quæ jura regulariter resolvitur, quod partus, qui jam eit in utero, ad omnia sibi utilia habeatur semper prout nato, ex quo fit, quod transversalis alterius

lineæ non admittatur, donec est spes descendens illius lineæ, quæ est primo loco vocata, & ubique natus fuerit partus, licet post mortem possessoris ultimi, statim substitutus excludatur, expresse ita resolvit Jacob. de Bellinis. in auth. de restit. fideicom. ubi Bart. & Angel. Cagnol. in L. fin. num. 235. Cod. de patetis, Roman. conf. 134. num. 5. Abb. conf. 106. num. 13. & seq. Paris. conf. 71. num. 26. lib. 4. Cephal. conf. 318. num. 24. & 46. plures per Fusar. de substit. q. 318. num. 97. Menoch. conf. 413. & conf. 496. num. 16. & conf. 566. num. 8. & conf. 698. num. 14. Peregr. lib. 1. conf. 55. num. 28. & de fideicommiss. art. 22. num. 77. Tiraq. retr. §. 1. gloss. 9. num. 82. Petr. de fideicommiss. q. 11. num. 602. Surd. conf. 125. Mart. conf. 49. à num. 8. & conf. 61. à num. 10. & conf. 168. num. 37. & 38. & conf. 138. num. 39. & de success. leg. 4. p. q. 21. art. 16. à num. 22. judicatum refert in causa gravissima in supremo Senatu Neapolit. Frang. decif. 169. num. 25. & in altera Florent. Hieronym. Mag. decif. 92. num. 43. Cavalcan. decif. 26. num. 31. p. 1. judicatum & refert Alex. Raud. de Analogia lib. 1. cap. 34. ex num. 318 usque ad 340. & hanc eandem opinionem sequutus fuit Pat. Molin. de just. & jur. tom. 3. disput. 634. contra alterum Molin. & denique ad hunc casum fideicommiss. linealis, & successivi tenuit Rotta Florent. esse expressum text. in L. si duobus ff. de legat. 1. Ubi is, qui adhuc non est in rerum natura, sed esse speratur, facit partem ad exclusiōem alterius, & per prædictum text. ita judicavit, & exclusit substitutum alterius lineaæ, quia donec superest spes ejus, qui speratur nasci ex vocatorum linea directa, non potest admitti alter, qui ex altera linea obliqua existat, ita ponderat Mart. conf. 168. n. 41. & de success. leg. 4. p. q. 21. art. 16. n. 21.

Solutio ad præcedens fundamentum pro  
opponente.

296 At quidquid oppositio ista sit in se, & attento iure nostro regulariter verissima, in præsenti inspectione dupli fundamento venit confutanda. Primum dirivatur ex dispositionis, & institutionis hujus maioratus forma; secundum ex vera intelligentia prædictæ legis, qui in utero, à coriphæis nostræ scientiæ sequuta, & approbata. Quoad formam patet, quia ultra, quæ dixit uberiori calamo præcedens pater n. 26. dispositio, seu maioratus institutio concepta est, ut jam diximus, & evidenter demonstratur cum relatione ad tempus mortis, qualitas autem illa superexistentiæ necessario debet naturali-

ter verificari, L. ultim. Cod. his, qui veniam etat. atqui partus in utero non potest dici naturaliter homo, L. in leg. falsidia 9. in fin. ff. ad L. falsid. L. cum inter veteres 14. Cod. fideicommiss. lib. Ergo partus in utero ex vi dispositionis rejicitur. Secundo, quia verbum à sua morte, id est tempore mortis suæ, habet vim taxationis, & restrictionis, & demonstrationem certam inducit illius personæ, in qua debet verificari, argum. text. in L. cum certus ff. tritico legat. atqui partus dum est in utero, non demonstratur propter occultum naturæ arcanum, ut optime pungit præcedens Dominus n. 33. ergo, &c. Tertio, quia institutor in prædictis verbis includit extremitatem temporis, ex regul. L. 4. §. fin. ff. condit. & demonstr. L. uxorem 39. §. Seiun. maritum ff. de legat. 3. intra quod realis, & jure existentia desideratur, atqui hanc non habet tunc temporis partus in utero, ergo, &c. Quarta, quia qualitas certo tempore requisita, eo tempore est verificanda, L. cum per 77. §. hereditatem ff. de legat. 2. ibi: Qui eo tempore vixerint. Succin. in L. solemus ff. de condit. & demonstr. ibi: Quando super existentia liberorum requiritur certo tempore, tunc si eo tempore liberi non extant, conditio non purificatur, licet à natura extitissent. Atqui partus in utero, non potest dici, quod existeret realiter tempore, quo successio fuit delata, ergo, &c. Quinto, quia institutor qualificavit successionem tempore mortis determinato, ut patet ex forma vocationis, atqui qualitas à testatore expressa, & requisita dispositionem declarat, ampliat, & restringit, ut per Surd. conf. 403. n. 65. & 66. ergo cum posthumus tunc temporis successionis non esset natus, illam qualitatem non habet, qua succederet: nam qualitate non verificata, dispositio non verificatur, ut cum Cravet. Gab. Decio. Felin. Surd. Caffanat. Gutier. & alijs tenet Castilh. lib. 5. cap. 90. num. 3. ubi, quod qualitate deficiente, deficit actus, sub ea qualitate confessus, L. tutelas in princ. ff. de capit. diminut. L. si ususfructus ff. quibus modis ususfruct. amittat. & solummodo sustinetur in eo, in quo qualitas desiderata per testatorem verificatur, quia in maioratus successione, habilitas, seu capacitas inspicitur attento delatæ successionis tempore, & postmodum supervenientis non prodest, Molin. 3. cap. 10. à n. 3. Castilh. contr. 5. cap. 91. à num. 5. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 18. num. 90. Robles de represent. lib. 3. 642. 14. num. 27. & 28. Menoch. conf. 269. num. 8. 10. & 11. & conf. 413. à num. 17. Peregr. lib. 2. conf. 33. n. 21. Marius Cutell. de donat. 2. tom. tract. 2. discurs.

discurs. i. spect. 6. à num. 76. Augustin. Barb. de jur. Eccles. lib. i. cap. 8. num. 137. in fin. vers. non tamen succedit, Hondoned. cons. 5. n. 22. vol. i. Thes. Forens. lib. i. q. 34 à num. 23. Valenz. cons. 23. num. 99. & 161. Cassanat. cons. 26. num. 16. 17. & 18. Anton. Amat. p. i. resolut. i. num. 13. 16. 35. & 36. plures refert, & sequitur Cyriac. contr. 206. numer. i. junct. num. 32. vers. sed utramque, Olea de cess. jur. tit. 3. q. 4. num. 1. & 2. judicatum dicit Cabed. p. i. decis. 208. num. 8. & deniq'ie in terminis contra posthumum consuluit Surd. cons. 375. num. 35. cum seqq. & cons. 369. num. 21. in fin. vers. postremo, Guid. Pap. decis. 511. numer. i. vers. contigit, & 612. num. 1. vers. utrum, judicatum dicit Grivel. decis. 108. num. 3. Thesaur. lib. 3. forens. q. 84. num. 10. Decius omnino videndus cons. 63. à num. 2. vers. unde dato, & vers. confirmatur ista conclusio, Cephal. cons. 251. n. 11. in fin. vers. 4. citati per patronum à n. 43.

297 Ad text. autem in L. qui in utero, in favorem opponentis allegatum multo pliiter respondet. Primo, quod cum institutor disposuisset tali forma, ut ratione temporis assignati, esset necessaria in prætensoribus reales existentia, ut probavimus supra à n. 16. posthumus in utero haberi non potest pro jam nato, quoad successionis effectum: quia superexistentiae conditio non per fictionem adimpletur, ut optime per Galiotam contr. 48. num. 39. tom. i. ibi: *Quam quidem receptissimam opinionem coadjuvat illa inconveniens ratio, quod haec conditio superexistentiae, non per fictionem, sed vere, & realiter verificanda est*, cum qua ratione convenient, quæ adducit Valenzuel. cons. 23. à n. 153. 157. & 159. & confirmatur, quia & repræsentatio, & posthumus haberi pro nato, sunt fictiones juris, & ambulant pari passu; atqui secundum veriorem opinionem fictio repræsentationis cessat, quando institutor disponit, ut ille succedat, qui tempore mortis existat, ergo etiam in posthumo debet cessare fictio, quando similis concurrat dispositio. Minorem probant Doctores, quos citat Molin. lib. 3. cap. 8. num. 19. Cost. i. p. de patr. & nepot. num. 9. Gabr. tit. de fideicommiss. concl. 3. num. 8. Valasc. de jur. emphyt. q. 50. num. 40. Avendaño ad L. 40. Taur. gloss. 8. num. 37. Mantic. 8. de conjectur. tit. 9. n. 5. Menoch. cons. 124. num. 95. & cons. 200. n. 36. plures citat Castilh. tom. 3. contr. cap. 19. num. 137. Preceptor Cunha ad L. cum ita §. in fideicommiss. ff. de legat. 2. consequentia est necessaria. Confirmatur deinde, quia posthumus non potest pro nato haberi, nisi fictione juris, fictio autem non datur in præ-

judicium tertij ( qualis est, qui realem habet existentiam ) Ioseph Vela dissert. 31. à n. 20. Sforcia cons. 38. num. 79. Gibr. ad stat. cap. 1. gloss. 4. à num. 103. ubi allegat Bartol. Ramon. cons. 6. à num. 34. Costa de retract. cap. 9. casu 16. n. 8. Larrea disput. 8. à n. 51.

Respondeatur secundo, vulgarem illam, 298 & generalem regulam, L. qui in utero, procedere in dispositionibus legalibus, in quibus Princeps potest disponere, & sancire, non autem in testamentarijs, in quibus, ut supra diximus num. 6. & 7. non potest alterare, in hac ratione fundatur resolutio, & explicatio Fabri ad dict. L. in sua jurisprudentia tit. 4. de ingen. princip. 3. sicut videmus, quod repræsentatio, quæ alia juris fictio in causa testati non datur: nam omnes leges, quæ illam admettent, in hæreditatibus ab intestato loquuntur, L. in intestato 3. Cod. suis, & legit. liber. §. cum filius insit de hæred. quæ ab intest. ven. Robles de repræsent. lib. 1. cap. 9. n. 25. Et si instent, quod etiam in Prætorijs, & testamentarijs detur, ut tenet Cujac. lib. 69. Salvi. Julian. ad L. qui in utero, satisfit instantiæ cum eodem Cujac. dicendo, procedere opinionem in hæreditatibus illorum, in quibus nati posthumi futuri erant hæredes sui, quod in præsenti non datur. Secundo satisfit dicendo, procedere opinionem Cujac. quando testator, seu institutor, in dispositione velit, ut partus habeatur pro nato, vel ita ex ejus disponendi forma colligatur, sicut videmus, quod licet non reperiatur, repræsentatio scripta in causa testati, illam potest testator introducere, ut per Castilh. lib. 3. cap. 19. num. 282. pro quo est bonus text. in L. cum ita 33. §. in fideicommisso ff. de legat. 2. ibi: *Nisi specialiter defunctus ad ultiores voluntatem suam extenderit*. Cum tamen ex institutione nulla sit conjectura in favorem parcus, seu posthumi, imo ex expressa dispositione institutoris, restricta ad certum tempus, colligatur voluisse testatorem maioratum deferri ei, qui existeret tunc temporis, & non esset in pendent, fictioni legis, cui in utero nullatenus sit locus, ne imagine naturæ obumbretur veritas, ut dicit Inris Consultus in L. filius quem pater ff. liber. & posthum. L. postliminium 19. ff. captiv. & postlim, revers. late Ioseph Vela dissert. 31. num. 9. & 12. Altograd. cons. 58. n. 83. lib. 1. qui dicit fictionem juris esse extraordinarium remedium: & cons. 83. num. 42. illam dicit restringendam, quantum maxime fieri posse: satisfacto sic opponente veniamus modo ad Ream.

Devenimus ad fundamenta, quæ  
pro Rea.

Iam diximus de fundamentis inciviliter  
299 pro Rea allegatis à num. 6. cum seqq. etiam  
dixit præcedens pater sapientissimus à n. 12.  
unum autem restat, cui satisfaciendum co-  
gitamus. Allegatur, maioratum agnationis  
elle, & nos fatemur, saltem in duobus insti-  
tutoris fratribus Mendi, & Ioannis, & inde  
infertur, quod cum Actor, & Opponens  
pariter sint cognati, nati, & primogeniti ex  
fæminis exclusis, & nullam pro se habeant  
vocationem, & posse opponi, non estis vos  
vocati, nec substituti, & sicut matres vestræ  
fuere exclusæ, ita & vos estis exclusi, L. si  
viva matre Cod de bon. mater. cap. 1. §. hoo  
autem notandum qui feud. dare possint, Ord.  
lib. 2. tit. 35. §. 14. ad fin. Brtol. in L. liber.  
ff. de verbis significat. & in L. 2. §. viden-  
dum ff. ad Tertian. Torniol. conf. 87. num.  
3. Beccius conf. 138. num. 1. Molin. de pri-  
mog. lib. 3. cap. 5. num. 41. & 42. Castilb. con-  
tr. lib. 3. cap. 29. & lib. 5. cap. 103. numer. 12.  
& cum lineæ agnationis sint extinctæ in de-  
fectum masculorum agnatorum, qui restri-  
cte, & limitate fuerunt vocati; fæminæ uxo-  
ris Didaci, & filiæ seniori ultimi agnati Lu-  
dovici, viam ad succedendum aperiri ex na-  
tura maioratum, eorumque perpetuitate,  
ne alias maioratus ipse extinguitur, haud  
dubitatur. Quia quantumvis institutor ex-  
cluserit fæminas in perpetuum, non est cre-  
dendum, nec præsumendum in dubio, quod  
superveniente eo casu, quod masculi omnes  
agnati sint extincti, fæminas voluisse excludi,  
ita ratiocinatur Castilb. contr. lib. 5. cap. 147.  
n. 4. vers. alterum autem.

300 Attamen nec prima, nec secunda ratio mul-  
tum urget in favorem Dominæ Reæ, ejus-  
que descendentiæ, non prima, quia tunc ha-  
beret fundamentum, quando institutor ex-  
presso, vel tacite per conjecturas non provi-  
disset, vocando aliquem cognatum, aliamve  
personam, nam provisione data, non potest  
dici agnationem exprimere, & fæminas succe-  
dere, ut tenet Castilb. dict. cap. 143. §. unico  
num. 13. ibi: Quod si defiant, & in dubio  
vocetur quis eorum, an fæmina, an masculus,  
&c. Vela differt. 49. num. 52. p. 2. late per eundem  
Castilb. lib. 5. cap. 91. a num. 66. Cum  
ergo institutor in defectu agnationis fratris  
sui Mendi, & alterius fratris Ioannis, filios  
masculos suarum sororum vocasset, jam  
provisit occurrentiæ casus, & voluit admitti  
fæminarum masculos, qui tempore mortis  
ultimi agnati realiter extassent.

Non viget ratio secunda de extinctione  
linearum agnationis, quia ut declarat idem 301  
Castilb. dict. cap. 143. §. unic. num. 4. ad fin.  
quando testator omni casu, & tempore tæ-  
minas, ut in praesenti fol. 8. vers. nec etiam  
in defectum agnatorum admittuntur, maxi-  
me, quando, ut proxime diximus, per insti-  
tutorem fuit provisum, filios sororum vo-  
cando, ex qua dispositione fit ad praesentes  
terminos præsumptio, & argumentum: ad  
caæra autem, quæ tam pro opponente, quam  
pro Domina Rea adducuntur, ita abunde sa-  
tisfecit præcedens Dominus, & vel esset fa-  
stidiosum repetere, vel inutile aliquid ad-  
dere. Vnde cum eo convenio in non defe-  
rendo gravamini processus, in non deferen-  
do licentij petitis, & denique confirmanda  
sententia meretissimi Præsidis quoad Ream,  
eiusque descendantiam, & quoad oppo-  
nentem revocandam. Lisboa 12. Iunij 1665.  
Sylva & Sousa.

Ardua, & difficilis questio est, quæ ex  
proposito facto insurgit. Illustrissimus nam-  
que Martinus Bracharensis Archiepiscopus  
de bonis suis, in ipsius ultimo testamento  
disponens maioratum nuncupatum de Oli-  
veira, de quo principaliter agitur, instituit,  
dictumque maioratum sic institutum priori  
loco ejus fratri suo Mendo reliquit, ita quod  
ipso Mendo vita functo filius ejus masculus,  
natu maior laicus, & legitimus succede-  
ret, & post eum ejus filium masculum laicum,  
& legitimum, & postea ceteros alios à Mē-  
do descendentes ipsamet forma, & ordine  
servato ad successionem vocavit. Postmo-  
dum vero deficientibus dicti Mendi filijs,  
filium natu maiorem alterius fratris, scilicet,  
Ioannis, & ejus filium, ac descendentes sub  
eadem forma substituit. Quibus deficienti-  
bus tertio loco filios, ac descendentes ex qua-  
dam sorore illius ad successionem vocavit.  
Eisque deficientibus, filios, ac descendentes  
alterius, atque alterius sororis, & tandem  
Clericos descendentes ex vocatis ad succep-  
tionem vocavit. Tandem perpetuo, ac gene-  
raliter, & absolute, atque indistincte fæminas  
à successione exclusit.

Contigit postea, quod finita agnatione 302  
Mendi Peres primo loco vocati in persona  
Ludovici sine liberis masculis defuncti, &  
nulla data descendentiæ agnatitia Ioannis  
Peres secundo loco vocati. Nec etiam exis-  
tente masculo ex descendentiæ illarum triū  
sororum institutoris, quarum filij masculi  
fuerunt ordine expresso ad successionem vo-  
cati; nec etiam aliquo existente Clerico in-  
stitutoris agnato, seu cognato. De successio-  
ne prædicti maioratus contendunt; Actor  
filius

## Successione, & Erectione Majoratus, Cap. IX.

93

filius sororis illustrissimæ illius Ludovici. Opponens ejus nepos ex filia natu minori ex jure quæsito posthumo Domino Ludovicio filio Reæ illustrissimæ, Rea filia natu maior ipsius Ludovici.

<sup>303</sup> Et omissa illa Doctorum controversia: An finitis vocationibus, aut personis nominatis extinctis maioratum finiri, & bona quamvis alienari prohibita libera remanere, & ultimum possessorem posse illa alienare, & hæredem etiam extraneum instituere? In qua partem affirmativam tenet Pelaes de major. 4. p. q. 29. negativam vero Castilb. contr. lib. 5. cap. 143. §. unic. à princip. Molin. lib. 1. cap. 4. ubi ejus Addent. num. 13. vers. ultimo distingunt, cum sine hæsitatione in judicando opinio Castilb. & Molin. servanda sit.

<sup>304</sup> Admissoque illo juris principio, quod in maioratus successione, ante omnia servanda est forma in institutione præscripta, quamvis deroget maioratus naturæ juxta Ord. lib. 4. tit. 100. §. 3. Molin. lib. 1. cap. 2. num. ultim. ubi ejus addentes num. 24. Castilb. lib. 6. contr. cap. 155. in fin. Giurb. de success. feud. prælud. 4. num. 73. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 11. n. 11.

<sup>305</sup> Admisso illo, quod specialiter vocati preferuntur in successione, & si sint remotiores lineæ, & gradus, ex text. in L. cum ita §. in fideicommiss. de legat. 2. Molin. lib. 1. cap. 4. num. 33. ubi ejus addentes, plures citat Castilb. contr. cap. 93. num. 17. ubi etiam de more plures refert.

<sup>306</sup> Tandem admisso, quod qualitas ab institutore maioratus requisita, ex qua declaratur, & restringitur ejus voluntas, debet adesse; & si plures sint, debent copulative concurrere tempore successionis, Castilb. contr. tom. 5. cap. 90. à n. 1. qui plures citat, Surd. conf. 403. num. 28. Quæ pro Actore considerantur, & expenduntur, libenter admittendrem, si de facto in institutione vocationem aliquam ipse Actor haberet, vel ex vocationibus factis, ex voluntate institutoris præsumpta, aliqua posset extendi de casu ad causum favore illius. Vel tandem si de jure verba institutionis operarentur, ad exclusionem posthumi, qualitatem naœti, & naturalis, atque actualis existentiæ illius.

<sup>307</sup> Altera de tribus modis vocationis fieri dicuntur, una est generalis, veluti quando testator diceret, substituo liberos, vel descendentes meos; & generalis appellatur, tam quia liberorum appellatione veniunt omnes in infinitum, ex text. in L. liberor. ff. verbor. sign. sicut etiam descendantium appellatio- ne, Menoch. conf. 85. num. 2. quam quia ver-

ba illa sunt collectiva, & plures gradus complectuntur, Menoch. supr. num. 3. Altera est specialis, sicuti quando testator vocat filios suos, nam cum soli filij de primo gradu, nec plures continantur, dicitur specialis, L. Titius in princ. ubi Bart. ff. liber. & posth. Tertia est, quæ dicitur singularis, seu individua, ut quæ id est testator vocat Caium, aut Seium, Menoch. conf. 124. num. 90. & conf. 200. n. 6. Peregr. de fideicommiss. art. 21. à numer. 45. Fusar. q. 359. n. 2. vers. scias autem, Castilb. contr. cap. 93. n. 17. ad fin.

<sup>308</sup> Singularis, seu individua, & etiam specialis vocationis Actoris, neque datur in institutione, neque contrarium ullo modo dici potest, visa institutionis, ac vocationis forma, janctis ijs, quæ in §. precedenti diximus. Atqui neque etiam datur generalis, nam quamvis liberos, ac descendentes Mendi, à quo ipse descendit, fuissent primo loco ad successionem vocati, & in ipsa vocatione comprehendantur omnes in infinitum, Fusar. q. 327. num. 1. Cost. de success. reg. 2. p. num. 20. vers. quarto, Gams. decis. 160. num. 3. Reynos. obseru. 24. ex num. 23. & num. 300. cum seqq. Castilb. contr. tom. 2. cap. 22. ex num. 86. Attamen non fuerunt vocati simpliciter, sed agnationis qualitate adjecta, ut ipse agnoscit in perorationibus doctissimis, & resolvunt Addent ad Molin. lib. 3. cap. 5. à num. 18. usque 25. & à num. 25. usque ad 30. & vocatus non dicitur, neque de successione potest agere, qui non habet qualitatem, seu qualitates in institutione requisitas, Castilb. qui plures citat, contr. lib. 5. cap. 90. à num. 1. Late exornatur in prædictis orationibus. Igitur dum videtur Actorem vocationem aliquam de facto non habere, cum neque habeat singularem, & individuam, neque specialem, aut generalem.

<sup>309</sup> Neque dici potest vocatus ex substitutione, & vocatione facta filiorum sororum institutoris, nam extra illos terminos sumus, cum Actor ab ipsis sororibus non descendat, imo sit filius sororis Ludovici, & dirivatus ab illo Mendo primo loco ad successionem vocato, prout in confessio est.

<sup>310</sup> Neque prædicta vocationis filiorum sororis institutoris potest extendi de casu, de quo loquitur, ad casum, de quo agimus, ex præsumpta testatoris voluntate, ad hoc ut dicatur Actorem saltem quamdam præsumptam, & interpretativam vocationem habere, tanquam ex testatoris voluntate in linea Mendi, cum agnationis sit filius fœminæ, est omnino à successione exclusus, Molin. lib. 3. cap. 5. à num. 45. ubi plures citat, Mantic. de correct. tit. 18. num. 20. Menoch. conf. 802. numer. 36. Fusar.

Fusar. de substit. q. 325. num. 10. Castilh. contr. tom. 3. cap. 29. ex num. 3. & lib. 6. cap. 129. num. 7. late exornatur in perorationibus. Igitur non potest dici ex presumpta testatoris voluntate ad successionem admissus. Quam quia si in linea Mendi posset admitti filius sororis ultimi agnati, & possessoris ex presumpta testatoris voluntate, à fortiori deberet prius admitti nepos ex filia ipsius ultimi agnati, argumento text. in §. Placebat vers. cum satis inst. de legit. agnat. success. quia in dubio sumitur illa interpretatio, quod testator voluerit voluntatem suam cum legis dispositione conformare, L. hæres mei §. cum itaff ad Trebell. Menoch. cons. 172. num. 23. & cons. 1037. num. 11. Addent. ad Molin. lib. 1. cap. 6. num. 28. & 29. & secundum jus sine controversia est, quod dum supereft aliquis ex linea illius, qui semel jus primogeniturae acquisivit, nullus, qui ex alia linea procedat, admittendus est, Molin. lib. 3. cap. 6. num. 29. cum seqq. Menoch. cons. 1082. num. 9. cum seqq. Gutierr. 3. practicar. q. 66. num. 16. Gratian. forens. cap. 4; 6. num. 12. Castilh. contr. lib. 5. cap. 93. num. 5. plures citant Addent. ad Molin. lib. 3. cap. 6. n. 30. 31. & 32. imo semper successio linea recta defertur, Molin. lib. 1. cap. 2. num. 12. ex rationibus adductis per Doctores proxime citatos. Igitur magis est presumendum pro nepote ultimi agnati, & possessoris, quamvis sit natus ex fæmina, quam pro sororis filio, ac per consequens patet Actorem, neque interpretationiam, seu presumptam vocationem habere.

311 Eodem etiam modo claudicat alterum Actoris fundamentum, dum contendit in institutione requiri existentiam actualem successoris, tempore succedendi, quæ qualitas cum ceteris alijs, scilicet, masculinitatis legitimatis, maiores natum in eo reperiabantur tempore mortis ultimi agnati Ludovici, verba namque institutionis à fol. 6. de facto non exprimunt qualitatem nati, ut posthumus exclusio inde inferatur, & hyperbolice dictum est, quod testator illum masculum vocat in omnibus vocationibus, ac substitutionibus, qui repireretur, ac superstes esset tempore mortis ultimi possessoris. Neque de jure ex predictis verbis inducitur, quod necessaria sit in successore naturalis, & actualis existentia tempore mortis ultimi possessoris tanquam qualitas ab institutore ad succendum requisita.

312 De facto predicta verba illud non exprimunt, in prima nanque Mendi vocatione sic testator disposuit: *Mando, que esse lugar da Oliveira, com todos sens herdamentos, &c.* A

meu irmão Men Peres, &c. E em esta condição, que esse Men Peres meu irmão em toda a sua vida haja, & pessua o dito lugar, &c. Et sic substituit: *E mando, que à morte do dito Men Peres o dito lugar da Oliveira com todos, &c. fiquem a seu filho primeiro, lidimo, leigo, & barão, se o ouver, que nam seja filho de Guiomar, &c.* Et postea secundo sic substituit: *E se aquell filho de Men Peres ouver à sua morte filho lidimo, leigo, & barão, o dito lugar de Oliveira, & outros herdamentos fiquem a esse seu filho primeiro, em sua vida, com aquella maneira, & com aquellas condições, &c.* Et postea sic: *E senam ouver filho leigo, lidimo, & barão, & ouver filho Clerigo, &c. haja o dito lugar de Oliveira em sua vida.* Et tandem sic: *E assim mando, que vā para todo sempre por netos, &c.* E que haja cada hum os ditos herdamentos, tão solamente em sua vida de cada hum.

Secunda vocatione verbis sequentibus 313 proponitur facta: *E se por ventura Men Peres à sua morte nam ouvesse filho barom, & leigo, como dito he, & se acontecesse, que à morte daquelle seu filho nam ficasse hi seu filho leigo, lidimo, & barom, nem Clerigo, como dito he:* *Mando, que o lugar de Oliveira, &c. fique ao filho lidimo, leigo, primeiro barom de meu irmão Ioaõ Peres, por aquella maneira, &c.* Et primo sic substituit: *E se esse filho de meu irmão Ioaõ Peres, ouvesse filho barom, leigo, lidimo à sua morte, fiquem lhe os ditos herdamentos em sua vida, &c.* Tandem sic dispositus in dicta vocatione: *E assim mando, que vā para todo sempre por netos, &c. que haja cada hum os ditos herdamentos, tão solamente em sua vida.* Postea sub eadem forma, ijsdem verbis, & eodem modo ceteras vocationes filiorum sororum illius fecit, ut ex institutione appareret.

Ex predictis verbis institutionis repetitis 314 constat de facto institutorem in successione tempore mortis qualitatem nati non requiri, ut exinde inferatur posthumum ex defectu predictæ qualitatis in predicto maioratu non posse succidere, cum qualitas à testatore debeat adesse tempore successionis, ut ostendimus supra, quo tempore posthumus natus non est, & sic qualitatem nati non habeat. Constat etiam, quod testator non vocavit, ac substituit masculum illum, qui reperiretur, & superstes esset tempore mortis ultimi possessoris. In substitutione namque filij Mendi verba dispositiva sic formantur: *Fiquem a seu filho primeiro, leigo, lidimo, & barom, se o ouver, que nam seja filho, &c.* In substitutione, & vocatione nepotis predicta verba dispositiva sic formantur:

*Fiquem*

*Fiquem a esse filho primeiro em sua vida. In secunda vocatione fratris Ioannis, sic: Fiquem ao filho lidimo, leigo, primeiro barom de meu irmão Ioaõ Peres, &c. Et in cæteris vocationibus verba dispositiva sub eadem forma, & eodem modo concepta sunt. Igitur constat hyperbolice fuit scriptum, quod in omnibus vocationibus, ac substitutionibus, testator semper vocavit illum masculum, qui reperiretur, & superest esset tempore mortis ultimi possessoris. Qualitas namq; e illa superexistentiæ successoris, tempore mortis ultimi possessoris in institutione non requiritur, alias namque verba dispositiva sic debebant formari: Fique ao filho lidimo, leigo, & barom, que ouver, & ficar as tempora morte do possuidor. Et cum prædicta verba de facto non dentur, otiosum est ostendere, quod licet prædicta verba in quæstione patrui, & nepotis dubium esset, an operarentur exclusionem nepotis, & impedirent representationis jus, prout constat ex dictis à Cald. conf. 15. per tot. Attamen, quod non possunt operari exclusionem posthumi, cum fictio juris superexistat tempore mortis possessoris, si jam conceptus sit, ex text. in L. qui in utero 7. & in L. qui in utero 26. de stat. hom. & regula verissima, & quod idem operatur fictio in casu ficto, quam veritas in casu vero, & est vulgare per text. in L. 1. ff. ad op. L. qui ad certum ff. locat.*

*315 Constat tandem ex tenore prædictæ institutionis, quod tamen in locis supra citatis, mentio mortis fit, in eisque sine dubio videtur, quod prædicta mentio mortis non inducit qualitatem existentiæ vocati, & substituti: verba namque vocationis, & substitutionis filij Mendi continent: Mando, que à morte do dito Men Peres, &c. fiquem a seu filho primogenito. In qua oratione verba illa à morte, referuntur ad illud verbum fiquem, prout in conditione si sine liberis dececerit, verba si sine liberis, referuntur, & determinant verbum dececerit, ex Mantic. de conjectur. lib. 11. tit. 6. num. 3. vers. consequenter. Unde prædicta verba demonstrant tempus, quo substituto locus fit, non autem naturalem existentiam illius inducunt.*

*316 In substitutione autem nepotis Mendi facta ejus filio, sic concipiuntur: E se aquelle filho de Men Peres ouver à sua morte filho lidimo. Et in secunda vocatione fratris Ioannis sic: E se por ventura Men Peres à sua morte nam houver filho. Et iterum: E se acon- teceesse, que à morte daquelle seu filho nam ficasse filho. Et in substitutione facta filio Ioannis sic: E se esse filho de meu irmão Ioaõ Peres houvesse filho leigo, lidimo à sua morte,*

Constat igitur, quod in prædictis vocationibus, ac substitutionibus mentio mortis facta est, non in verbis dispositivis, ut qualitatem in substituto possint inducere, sed in verbis conditionalibus, ex quibus resultat conditio, si liberos habuerit, quæ impletur, si testator mulierem prægnantem relinquit, ex text. in L. is cui ita legatum ff. quando dies legat. ced. Castilh. tom. 5. cap. 91. num. 2. in fin & conditio si sine liberis dececerit, quam posthumus facit deficere, ex text. in L. si quis prægnantem ff. regul. jur. L. jubemus §. si autem ff. ad Trebell. Mantic. de conjectur. lib. 11. tit. 6. num. 9. Pelaes de maiorat. 3. p. q. 2. num. 18. Castilh. contr. tom. 5. cap. 91. num. 2. Fusar. q. 3. 18. n. 13. & 66.

De jure vero, quamvis aliquando mentio mortis secundum materiam subjectam, possit operari actualem existentiam ex voluntate disponencis, seu contrahentium, non tamen illud operatur absolute, neque ad exclusionem posthumi in successione maioratus, & in sibi utilibus, cum in maioratu succedit, ut demonstrabimus infra, & superexistat fictio juris, ut jam diximus supra. Neque contrarium evincitur ex Doctoribus locis subtiliter ponderatis in perorationibus doctissimis Actoris.

In specie namq; e, de qua Surd. in citato conf. 375. ideo posthumus per nativitatem sibi partem, & locum non fecit in fideicomissio, quia testator iussit, quod donatarius Episcopus posset eligere, & disponere in favorem unius ex filiis masculis fratribus natis ex legitimo matrimonio, Surd. ibid. num. 34. vers. quod autem, ibi: In quo testator mandat dispositionem fieri ad favorem unius ex filiis natis, Posthumus autem cum esset in utero, non poterat dici masculus, neque natus, ut ait idem Surd. num. 34. vers. quod autem. In eadem specie scilicet, quando in dispositione facta est mentio, jam natus, loquitur etiam idem Surd. in citato conf. 369. ut pacet, & num. 22. ibi: Ad hac omnia, & alia similia, quæ possent allegari, respondeo, quod procedunt, quando non est facta expressa mentio de jam natis. In eadem specie loquitur Bald. in cap. cum in cunctis num. 10. de elect. loquitur namque, quando testator poterat disponere in favorem unius ex filiis natis, loquitur etiam Thesaur. in citato loco lib. 3. quest. forens. q. 84. num. 10. Cujus verba referuntur ibi: Qui tunc nati post mortem non veniunt, sed truncata, ait namque, si testator vocasset liberos, qui nati reperirentur tempore mortis instituti, quia tunc nati post mortem non veniunt. Igitur non ex eo posthumus in citatis locis non habetur pronato, quia mentio mortis

*in eis fit, sed quia dispositiones, de quibus in dictis locis, qualitatem nati requirunt.*

320 Prout etiam, quando determinato tempore, & certo ad implementum conditionis existentia liberorum requiritur veluti tempore mortis, conditio intelligitur defecisse, quamvis filii fuerint progeniti, si in illo tempore non supersint, quibus in terminis loquitur *Mantic.* in citato loco lib. 11. de conjectur. tit. 6. num. 5. vers. secundo, & in eadem specie loquitur *Peregr.* in citato loco de fideicommiss. art. 29. num. 13. & alij etiam citati, sed in praetictis locis nulla consideratio admittitur de filio posthumo, sed de filio nato, & præmortuo, quod non sufficit ad implementum conditionis, cum ex vi verborum disponentis requiratur existentia positi in conditione tempore delatae successionis. Igitur non exinde deducitur, quod mentio mortis operatur naturalem existentiam substituti ad posthumi exclusionem.

321 Prout etiam, quando revocatur maior natu mortuo Titio, ad quem patrui, & nepotis, ille qui vult succedere, debet esse maior natu eo tempore, & naturalis, & actualis existentia illius ad succendum requiritur, quibus in terminis loquitur *Cald.* in citato conf. 15. procedit etiam, quod refertur ex *Capcio Galeo contr.* 48. à num. 9. & 16. *Valenzuel.* conf. 23. à num. 101. *Surd.* conf. 403. à num. 57. *Valasc.* de jur. emphyt. q. 50. à num. 16. *Cald.* forens. q. 21. à num. 21. *Pereir.* de eis. 116. num. 3. qualitas namque (uperexistentiae tempore delatae successionis ex voluntate testatoris ad succendum desideratur. Attamen locus ille non habet respectum ad posthumum, sed ad filium possessoris natu maiorem, & præmortuum, ut constat ex *Cald.* in dict. conf. 15. cuius verba etiam truncata referuntur. Igitur non sequitur, quod mentio operatur naturalem existentiam in substituto, & vocato, ut exinde sequatur posthumi exclusio.

322 Prout etiam in quæstione, An proximus tempore mortis ultimi possessoris maioratus, possit præferri ab alio postea nato, veluti ex fæmina, quæ ad maioratum non poterat admitti? quam quæstionem pertractans *Castilb.* citato in loco scilicet contr. tom. 5. cap. 91. num. 45. & 46. referuntur ex eo verba sequentia, quod quando maioratus institutor vocationes, ac substitutiones ea verborum forma ordinavit, quod ad tempus mortis se restrinxerit; tunc habilitas, & qualitas necessaria ad succendum, eo tempore præcise debet intervenire, neque qualitas proximioris postmodum nati, aut concepti in consideratione habetur ad exclusionem ejus, qui tempore mortis

ultimi possessoris proximior erat. Ex quibus verbis videbatur, quod posthumus in maioratu non succedit, quamvis postmodum nascatur, sed imo proximus tempore mortis ultimi possessoris. Advertendum tamen est ad ea, quæ scriperat idem *Castilb.* eodem in capite num. 2. ubi ex *Molin.* de primog. lib. 3. cap. 10 num. 1. permisit, quod in ea quæstione non agebatur de illo, qui tempore dela-<sup>322</sup>tae successionis in oratus jam conceptus, ipse namque, & si ex post facto nascatur, proximiorem tempore mortis ex jam natis excludet, si ipse, qui conceptus est, si natus fuisset, eisdem proximior esset. In individuo, sic etiam cum *Molin.* permittunt *Pelaes de maiorat.* 3. p. q. 2. *Menoch.* conf. 413. num. 16. lib. 5. *Pat. Molin.* de just. tom. 3. disput. 634. num. 2. *Peregr.* de fideicommiss. cap. 22. num. 11. 12. & 13. prout refert idem *Castilb.* dict. num. 2. In praetdicta namque ait, quod conceptus pro jam nato habens ius est, ex text. in L. qui in utero 7. & 26. de stat. homin. L. communi §. sed si ff. commun. divid. & statim verbis sequentibus subdit ex *Molin.* ipse *Castilb.* quod quæstio præsens versatur dum taxat in his tamen proximioribus, qui tempore delatae maioratus successionis, nec nati, nec etiam concepti erant. Advertendum etiam est, quod *Molin.* loco à *Castilb.* citato scilicet lib. 3. cap. 10. resolvit, & tener, quod proximior tempore mortis possessoris (illa limitatione, posthumus jam concepti tempore delatae successionis supposta) irrevocabiliter succedit, & non potest excludi ab alio proximiori postea nato.

Quibus suppositis *Castilb.* in loco citato dict. num. 45. & 46. opinionem *Molin.* amplectitur. Igitur in eisdem terminis, & supposita eadem limitatione, ac per consequens verba prædicta intelligenda sunt de nato, ac concepto post delatam successionem, proximiori tempore mortis possessoris. Unde nobiscum non pugnat *authoritas Castilb.* imo consequenter *Molin.* resolutionem nostram amplectitur, & multo magis dum in dict. cap. in aliquibus casibus tenet, quod proximior tempore mortis irrevocabiliter non succedit. Igitur non concluditur, quod quando dispositio refertur ad tempus mortis, requiritur naturalis, & actualis existentia substituti ad exclusionem posthumi.

Prout etiam non concludunt posthumi exclusionem verba illa, quæ referuntur ex *Fusar.* de fideicommiss. subst. q. 415. num. 8. ibi: Declaratur secundo, ut procedat, quando simpliciter apposita est conditio, secus si est determinata respectu temporis mortis, quia tunc non deficeret conditio, nisi etiam tempore mor-<sup>324</sup>tis

## Successione, & Erectione Maioratus, Cap. IX.

07

*tis determinato existent filij. Loquitur namque Fusar. in quæstione illa, Vtrum filij mortui ante patrem gravatum faciant deficere conditionem fideicommissi, quando conditio concepta fuit sub ea forma, scilicet, si filios suscepit, vel habuerit. Igitur non loquitur Fusar. respectu posthumi, & ejus existentiæ, sed respectu filij nati, & mortui ante patrem gravatum. Ac per consequens non inde infertur posthumus exclusio.*

325 *Prout etiam non concludunt, quæ referuntur ex Menoch. conf. 417. num. 2. ubi testator substituit filiæ suæ masculum, seu masculos, si extabunt, & verba, si extabunt, naturalem existentiam posthumus inducunt. Illud tamen procedit, quia prædicta verba non referuntur ad posthumum adhuc in utero existentem, sed ad posthumum postea natum, & præmortuum substituto, in specie namque, de qua ibi, pater substituit pupillari ter filiae suæ filios masculos, si extabunt, cum tamen tunc temporis nullos natos haberet, postea nato filio, & mortuo post patris obitum, quæritur, an transmittat ad matrem hæredem, jus succedendi ex pupillari substitutione, & resolvitur, quod non, quia ex prædictis verbis præsumitur testatorem voluisse naturalem existentiam substituti, ut substitutioni locus fieret. Non ergo agitur ibi de posthumus adhuc in utero existente, ac per consequens non inde sequitur, quod mentio mortis operatur naturalem existentiam substituti ad posthumus exclusionem.*

326 *Tandem non concludunt, quæ ex eodem Menoch. referuntur conf. 1118. quamvis namque ibi posthumus per nativitatem sibi partem non faciat in fideicommisso, siquidem Ludovicus antea posthumus, & postea natus, non admittitur cum Alvasio ad revocationem castris alienati, & fideicommisso subjecti. Id tamen ex eo procedit, quia Ludovicus neque natus, neque conceptus erat, tempore, quo cessit dies fideicommissi, ut constat ex dicto Menochij consilio. Igitur non inde infertur, quod si eo in tempore jam conceptus fuisset cum Alvasio non admittetur ad revocationem castris alienati.*

327 *Stat ergo, quod mentio mortis de per se facta in dispositione non operatur actuali existentiam substituti ad posthumus exclusionem. Igitur destructo etiam eo Actoris fundamento, cæteri omnes parvi momenti sunt, & responsione non indigent.*

328 *Resæ illustrissimæ fundamentis abunde, & doctissime satisfactum est per sapientissimos Patres, maxime in secundo suffragio, ubi num. 21. usque ad fin. ejus principale fundamentum originaliter videri potest, confuta-*

*tum, & destructum, quoniam transcribendi vitium nostri moris non est, imo multum abhorret à nostro instituto.*

*Opponens vero jus suum ex eo dirivat. Nam tempore mortis Ludovici ultimi agnati, erat ejus nepos (postea nominatus Dominus Ludovicus) in utero matris Ræx, cui nato successio delata fuit, ergoque postea mortuo in maioratu successit ejus frater Dominus Petrus, quo etiam sine labore defuncto successit Ferdinandus opponens tanquam ejus consobrinus, ac proximus masculus, quæ omnia cum in facto vera sint, est videndum, an de jure obtineant. Et promittendum puto.*

*Quod posthumus in maioratibus succedit, Molin. lib. 3. cap. 10. à num. 1. Pelaes de maiorat. 3. p. q. 2. à princ. Pat. Molin de just. tom. 3. tract. 2. disp. 634. Menoch. conf. 413. num. 16. Peregr. de fideicommiss. art. 22. num. 11. cum seqq. Fusar. de subst. q. 318. num. 10. Adeo, quod proximiorem tempore mortis ex jam natis excludit, Molin. Pelaes, P. Molin. locis supra citatis, Castilb. contr. tom. 5. cap. 91. à princip. & maxime num. 45 & 46. Solorz. de jur. Indiar. 2. tom. lib. 2. cap. 18. n. 90. Barbos. de jur. univ. Ecclesiast. lib. cap. 8. num. 137. Valent. illustr. tom. 3. in tit. de liber. & posth. cap. 2. num. 6. Carranca de legit. part. de sig. cap. 2. illat. 14. §. 2. Nam ad ejus commodum pro nato habetur, L. qui in utero 7. & 26. de stat. hom. L. commun. § sed si ff. commun. divid. L. cum iter Cod. fideicommiss. libert. L. Titius cum seq. & de suis, & leg. Fusar. de subst. q. 318. num. 12. Molin. de primog. dict. cap. 10. num. 1. Pelaes, Peregr. & alij, quorum meminit Castilb. dict. cap. 91. num. 2. latissime Giurb. de fend. §. 1. gloss. 4. à num. 14. & gloss. 10. à n. 26. eleganter Carranca de part. cap. 2. §. 4.*

*Neque obstat, quod posthumus in illis, quæ ex testamento deferuntur, pro nato non habetur, prout refertur ex Fab. in jur. prud. tit. 4. p. 3. illat. 3. confut. 4. Schifordig. lib. 3. tract. 16. q. 4. cum alijs citatis. Respondeatur namque, quod in causa intestati necesse est, ut fictio inducatur, & habeatur pro nato; in causa vero testaci sufficit, quod habeatur pro nascituro. Ratio differentiæ est, nam in causa intestati potestas legis operatur statim, & primo instanti, & illico ex ipsius legis dispositione, defertur successio ad eum, qui ex ipsa lege vocatur. At vero in causa testaci, voluntas testatoris posthumum legantis, conferetur aperte in id tempus, quo posthumus nascetur, nihilque prohibet, quo minus in id tempus conferatur, cum illa voluntas pro lege habeatur, nec prius cedat pars II.*

dies legati, quam posthumus nascatur, quasi relictum ei sit sub conditione, si nascetur, L. si duobus §. ultim. ff. de legat. 1. L. utrum 7. de rebus dubijs, L. ususfructus 26. de stip. servo. L. si in personam 21. Cod. fideicommiss.

332 Unde in primo casu, cum sibi utile sit, habetur pro nato, ut sic possit ei ex legis dispositione successio deferri. In secundo vero casu, cum tamen sibi utile sit, quod nasci, & possit, & speretur, habetur pro nascituro; quam differentiae rationem sic praestat id. Fab. in eodem loco citato. Eodem modo, cum etiam successio, & dominium maioratus, sicut in causa intestati, non possit esse in pendent, neque per momentum vacare, sed statim actu veloci legis possessorem querat, cum scilicet, qui tempore delatae successionis proximior invenitur, Molin. dict. lib. 3. cap. 10. num. 4. Solorzan. de jur. Ind. tom. 2. lib. 2. cap. 2. num. 35. Olea de cess. jur. & action. tit. 3. q. 4. num. 13. Ideo quoad predictam successionem habetur pro nato.

333 Neque tandem obstat, quod quamvis fitio legis, qui in utero, locum habeat in posthumo suo, non ita procedit in posthumo alieno. Respondetur, quod posthumus alienus etiam habetur pro nato, ut in maioratu succedat, de eo namque agit Molin. dict. lib. 3. cap. 10. ut constat ibi: Quod frequentissime contigit in his primogenijs, in quibus aliquis ad eorum successionem vocatur sub ea conditione, videlicet, si ex aliqua femina, quae vota fuit, masculi supersint. Iunctis verbis ibi: In qua specie, si tempore mortis haec femina filios masculos non habuerint, postea autem nascantur, &c. In eadem specie, scilicet, in filio posthumo ex femina nato, loquitur P. Molin. de just. tom. 3. tract. 2. disput. 634. num. 1. Castilb. dict. lib. 3. cap. 91. num. 1. pluresque alij, qui eandem questionem pertractant, & supra citantur. Et certum est posthumum ex filia suum posthumum non esse, ex text. in §. posthumo inst. de leg. ubi Pich.

334 Advertendum etiam est, quod filius fæminæ, quando in maioratu ratio masculinitatis tamen consideratur, ad successorem venit ex persona propria, quin ei officiat incapacitas matris, Molin. lib. 3. cap. 5. num. 48. ubi Addent. vers. secundus casus, Pelaes de maiorat. 2. p. q. 6. num. 55. vers. in hao etiam materia, Castilb. quotid. tons. 3. cap. 15. n. 57. Gam. decis. 294. Val. de jur. emphyt. q. 4. 1. numer. 5.

335 Constat igitur ex dictis: quod Actor non potest dici vocatus, neque expresse, neque ex presumpta testatoris voluntate, neque requiritur in institutione qualitas superexistetia,

ut successioni ejus locus fieri possit posthumo excluso. Rea tanquam femina in ipsa institutione indistinctè perpetuò, ac absolute à successione excluditur, neque maioratus omnibus in vocationibus agnationis est, ac finitis omnibus agnatis ipsa admittatur, cum imo in ultimis vocationibus masculinitatis sint, prout omnes convenient.

Igitur posthumus nepos ultimi agnati ex propria persona, tanquam masculus proximus, in maioratu successit, & tanquam proximus masculus ex meliori linea, & proximiiori gradu eo defuncto successit D. Petro ejus frater. Eoque decedente sine sobole in maioratu successit, ex iisdem rationibus opponens Ferdinandus tunc posthumus, ejusque jus competit ejus fratri Emmanueli, tanquam hæredi suo habilitato: confirmetur ergo judicatum.

Gravaminibus interpositis in actis, in Senatu est deferendum, unde, si sequenti Domino doctissimo placuerit, conferim; licentijs petitis non defero. Lisboa 2. de Novembro de 1665. Dorta.

Ad sis sanctissima Trinitas, Sol sine ortu, & occasu, per obscurum locum euntem dirige servum tuum clara perpandens lumina menti.

Illustris inter Illustrissimos nobis proponitur quæstio, à venerandissimis præcedentibus patribus primi vexilli centurionibus, late, & doctissime sane agitata, qui tanto jurisprudentiæ fulgore hujus loci caliginem illustrarunt, ut omnia integra, terfa, & juris peritorum assensu suffulta reperiantur, itaut nec ab antiquioribus dictum, nec à junioribus explanatum eos latuisse pateat, mihiique non imitationis, sed admirationis spem reliquerunt. Quid ergo mihi pusillo, cui non est inexplorata ingenij proprietas, & dicendi ratio genuina, dicendum superest? Nihil profecto; imo vereor dicendi inopiam patefacere, & me hortatur illud Senecæ in declamatione: Quis es tu, qui de saeto patrum sententiam feras? Verum quia injuncto muneri deesse nequeo, ad questionem accedere opus est.

Eruditissimis Dominis primo, & secundo loco deliberantibus verbis institutionis, de qua agitur, quæ habentur, adhærendo Actoris votis annuere placuit, meritissimi Prætoris Curialis sententiam quoad hanc partem revocando, tertius autem doctissimus Dominus opponentem melioribus auspicijs certare putavit, sequutus conjecturam, & subintellectam institutoris mentem juris dispositionibus judicio suo consonam. Nec videatur nova hæc controversia, jam diu enim

## Successione, & Erectione Majoratus, Cap. IX.

99

enim inter magni nominis Iuris-Consultos Servium, & Tuberonem eadem fuit controversia, quam nobis refert Iuris-Consultus Celsus lib. 19. Digestorum in L. labeo ff. de supel. legat. Tubero enim voluntatis conjecturam sequebatur, Servius autem verborum corticem, & Servium approbavit Iuris-Consultus Celsus, & ego si iudicij mei aliqua habenda est ratio Celsum sequar, & secundum verba geminata institutionis, de qua agitur, praesentem inspectionem decidendum esse puto, eo maxime quia spreta verborum proprietate ad conjecturatam mentem recurrere periculosum est, ut per Cyriac. contr. 142. à num. 10. quia multoties nos habemus, quæ movere, & impellere possunt testatorem ad disponendum hoc, vel illo modo, cum variæ sunt hominum voluntates, quas nos non debemus colligere divinando, Mant. de conjectur. lib. 3. cap. 19. n. 5. & 6.

339 Secundum dispositionem, cuius verba formaliter, & fideliter transcripta habentur ad calcem hujus suffragij, invitatus reperiatur ab institutore Archiepiscopo Domino Martino ad majoratum, de quo agitur, filius, aut nepos, qui extiterit tempore mortis possessoris, dummodo descendat ab aliqua ex personis vocatis, quæ verba toties repetita, quæ iterum referre non est opus, reali existentiam exigunt, & non possunt in posthumo verificari ex sequentibus.

340 Secundum commune juris peritorum placitum majoratus à fideicommissis originem trahunt, & ijsdem debent regulari nominis, exceptis aliquibus, in quibus differunt, & præcipue in eo, quod majoratus non spectat ad omnes de familia in eodem gradu existentes, fideicommissum vero sic, ex text. in L. cum ita legatur §. in fideicommisso ff. de legat. 2. tradit. Molin. de primog. lib. 1. c. ip. 1. num. 7. Valasc. de jur. emphys. q. 50. n. 29. Surd. & Menoch. laudati à Gratian. tom. 4. forens. cap. 771. num. 11. explicat Parlad. quotid. different. diff. 18. in princip. & in §§. sequentibus. Si autem ad fideicommissum vocatus reperiatur is, qui tempore mortis gravati inventus fuerit, prout legitur in institutione, de qua agitur, repetitis, & geminatis verbis, alius, in quo desideratur illa qualitas subsistentiae realis, & usualis, ut ita dicamus, tempore mortis, succedere nequit, ex text. in hac materia capitali, & expresso in L. in substitutione ff. de vulgar. & pupil. L. unum ex familia §. rogo ff. de legat. 2. quia censetur vocatus sub conditione realis existentiae, docent Surd. conf. 403. num. 57. in hæc verba: Præterea sicut temporis limi-

tatio continet certam inclusionem quod alios, quibus eo tempore qualitas requisita convenit, ita expressam exclusionem continet, quæ ad alios, qui eam non habent qualitatem, & tantam esse vim limitati temporis, quod continent contrariam dispositionem. Valasa. de jur. emphys. q. 50. à num. 12. Cald. receptar. quæst. lib. 1. q. 19. num. 21. quia cum sit clavula posita in certum mortis diem, in hoc easu pro conditione habetur, Surd. conf. 375. num. 21. Valenz. 1. tom. consilior. conf. 23. num. 152. his verbis: Illa verba, que se hallare ( quibus similia sunt verba nostriæ institutionis ) se hi houver, & se hi naō houver, inducunt conditionem, & an videatur vocatus, qui tempore mortis fuerit inventus, solummodo ex text. in L. Stichus qui meus erit ff. de legat. 1. Idem Valenzuel. num. 157. ibi: Sola persona censetur vocata, in qua potest verificari talis conditio, Surd. dict. num. 31. ibi: Non succedit, qui nondum est natus tempore conditionis impletæ, Peregr. de fideicommiss. art. 29. num. 6. ubi ita scriptis: Quia qualitas, quæ determinat verbum, per quod significatur tempus, à quo dispositio sumit effectum, illo adesse debet tempore, quo dispositio effectum sumit, idque per text. ubi Bart. col. 2. in L. in substitutione ff. de vulgar. Valenz. conf. 231. ubi num. 10. sic scriptum reliquit, si testator, seu institutor vocat illum, qui tempore mortis exticte per verbum, que se hallare, requiritur, quod sit virus natus, & superstes, & ibi: Quodquod importat, ac si vocasset supervivencem cum maiori proximitate, tempore mortis ultimi possessoris, & num. 140. ibi: Nec debens esse otiosa verba illa, que se hallare, sed operari omne possibile, quod fuerit, quia esset plus operari fictionem, quam veritatem, si contrarium diceremus. Cald. receptar. dict. q. 19. num. 21. his verbis: Si vocet filium maiorum existentem tempore mortis patris, qualitas illius, qui reperiatur tempore mortis, debet attendi, non ejus, qui non est in rerum natura. Castilh. lib. 5. contr. cap. 91. num. 45. in hæc verba: Quoties maioratus institutor vocationes ea verborum forma ordinavit, quod ad tempus mortis possessoris se restrinxerit, tunc namque habilitas, & qualitas necessaria ad succedendum eo tempore considerari, ac præcisæ intervenire debet, nec qualitas postmodum nati, aut concepti in consideratione habetur.

Quando enim institutor vocat ad maioratum aliquem post mortem possessoris, idem est ac dicere, si extet, & reperiatur vivus, quia sub hac conditione facta videatur vocatio, ex text. in L. cum pater §. hereditatem ff. de legat. 2. ibi: Qui eo tempore vixerit.

I ij

Pereir,

Pereir. à Castr. decis. 116. num. 3. Cald. conf. 15. num. 21. 22. & 23. Castilb. dict. cap. 91. num. 45. & 46. & hanc esse veriorem sententiam, quidquid alij sentiant, tenet Castr. dict. num. 3. & cum hoc casu censeantur vocati, qui extant nati posthumi, pro natis non habentur, Surd. conf. 369. num. 22. & conf. 375. num. 35. eum seqq. Molin. de primog. lib. 3. cap. 8. num. 19. Trabius Capyc. Galeota lib. 1. contr. contr. 48. num. 18. in hæc verba: Confirmatur: comprobantur, inquam, prædicta, ex eo quod proximitas ad succedendum consideratur in hoc nostro maioratu non in vita ultimi possessoris, sed eo tempore, quo successio maioratus defertur, & clarissime insinuant verba illa ( que lo baja el hijo varon maior legitimo, que dexare al tiempo que se finare. ) Ex his namque verbis apertissime conspicitur fundatoris voluntas voluisse representationem excludere, cum qualitas ad succedendum in dicto maioratu debeat adesse propriè, & vere tempore mortis ultimi possessoris. Idemque confirmat idem Capyc. numeris 27. 39. 47. & 57. Robles de represent. cap. 14. num. 28. ibi: Quod cum successio naturam habeat relationis ad tempus mortis, non intelligitur vocatus, quasi primogenitus, nisi qui mortis tempore maior reperiatur, Ioannes Tanagli. de sacr. Rot. Rom. audit. lib. 1. cap. 6. decis. 17. num. 26. in hæc formalia verba: Quam ex ipsa etiam maioratus, & primogenitura institutione, cuius ea natura est, ut nec momento quidem vacare possit, sed ex instanti mortis ultimi possessoris transcat in sequentem, qui eo tempore præscriptam habeat qualitatem, sicne ex tunc purificatur illius conditio, neque aliud tempus expectari debet.

<sup>342</sup> Quod confirmatur ex illa regula generali, secundum quam qualitates requiritæ ad succedendum adesse debent tempore, quo successio defertur, ex L. intervenit ff. de legat. prestand. L. 1. §. proximum ff. unde cognati, Castilb. lib. 3. contr. cap. 15. à num. 2. Valenz. 1. tom. conf. 83. Molin. Gutierr. Thesaur. & alij laudati à Castilb. dict. cap. 91. proxime citato.

<sup>343</sup> Stabilitur hæc doctrina ex eo, quia licet clausulæ positæ in institutione maioratus, quæ respiciunt onera, & gravamina implenda à successoribus, regulariter non ad conditionem, sed ad modum sint referenda, quia vocationem personæ nominatæ non suspendunt, aliter dicendum in clausulis respicientibus personam nominatam, quia pro conditione habentur, Molin. lib. 2. cap. 12. à n. 13. & cap. 14. à n. 12. & utroque addentes ad Molin. Cald. conf. 15. n. 29.

Ex supra dicta resolutione oritur decisio alterius questionis, non parum agitatæ, scilicet, quod quando testator vocat filium maiorem, qui extiterit tempore mortis, per hanc disponendi formam censetur exclusa representatio secundum veriorem, & in præxi receptam sententiam, & nepos ex filio maiori prämortuo, illam, qui erat maior tempore mortis, non excludit, quia jam erat patet vocatus functus vita, quando possessor decessit, cuius mors in conditione posita fuit, & non potest in illo verificari conditio existentiæ tempore mortis, Castr. dict. dec. 116. Cald. conf. 15. num. 27. Surd. conf. 403. num. 57. Capyc. Galeot. supra citatus num. 18. 27. 39. 47. & 57.

Quapropter cum illustrissimus Actor sit nepos Domini Martini, patris ultimi possessoris, & descendens à primo vocato (ut est in confessio, & extabat vivus, & superstes tempore obitus ultimi possessoris, & nullus alius reperiebatur in rerum natura: Credo, nec in contrarium adduci possum, quod habet vocationem, & quod in ipsius persona concurrunt qualitates requiritæ ab institutore, nec percipio ( Deum testor cordium scrutatorem ) quo jure sit excludendus, supposito quod institutor ad hunc maioratum descendentes ex sororibus suis in defectum descendantium ex fratribus primo, & secundo loco vocatis admisit, & ipse sit descendens à vocato, & filius Illustrissimæ Dominiæ Magdalenaæ, filiæ Domini Martini, & cum habeat vocationem saltem deductam à forma institutionis, & vocationum, succedit ex propria persona, nec illi obesse potest exclusio fæminarum in perpetuum ab Institutore facta, ut elegantissime ponderatum est à præcedentibus Dominis, Tanaglia dict. cap. 6. decis. 17. num. 11. & 12. Molin. de primog. lib. 1. cap. 1. num. 17. 18. & 19. Pelaes eodem tract. 2. p. q. 10. num. 4. Valenz. conf. 29. num. 9. & 10. lib. 1. Neque hoc casu potest considerari exclusio matris Actoris in generali fæminarum exclusione comprehensa, quia Actor jus suum non ex radice infesta dirivare intendit, sed ex propria vocatione, ut supra diximus, Valenz. conf. 97. n. 128. lib. 1. Molin. lib. 3. cap. 5. num. 48. Mantic. lib. 8. de conjectur. tit. 18. num. 53. & 54. Institutorenim vocando descendentes ex primo vocato, censetur invitasse omnes in infinitum, Gam. decis. 160. num. 3. Reynos. obser. 24. à n. 23. & à n. 30. Castilb. contr. 2. cap. 22. à num. 86. Fusar. de substit. q. 327. num. 1.

Cum ergo testator habeat vocationem, <sup>346</sup> modo, quo supra diximus, & qualitates ab insti-

## Successione, & Erectione Majoratus, Cap. IX. 101

institutore requisitas tempore mortis possessoris, admittendus est, & præferendus opponenti, licet proximiori, & nepoti Domini Ludovici immediati possessoris, præfertur enim vocatus omnibus alijs etiam proximioribus, & licet in illorum personis aliæ qualitates concuriant, de quibus institutor non meminit, *Gam. decis. 160. Larrea 1. tom. decis. 33. num. 42. Castilb. lib. 5. cap. 93. n. 17.* in hæc verba: *Regula eadem non procedit, quando reperiuntur aliqui specialiter vocati, quia hi præferuntur, etiam si sint remotioris linea, & gradus, nec regulæ linearum, & graduum locum obtinent, quia specialis vocatio, & disponentis voluntas id excludit.*

347 Nec quidquam obest, quod admissa linea Domini Ludovici, & extante oppONENTE ipsius nepote non potest fieri transitus ad lineam transversalem Actoris, cum sicut quilibet ex possessoribus suam constituit lineam, ita quilibet filius, ex possessoribus natus diversam lineam constituit, & separatam à communis litipite, *Molin. lib. 3. cap. 4. numer. 14. Castilb. lib. 5. cap. 92. Valenz. conf. 97 à n. 11. Castr. decis. 59. à num. 5. Larrea 2. p. decis. 54. num. 1.* Nam prædicta regula, & doctrina sibi locum vendicare nequit, si ex verborum, aut clausularum conceptione aliud reprehendatur, aut quando qualitas in dispositione contenta contrarium suadeat, si enim in secunda linea adsit persona cum qualitate, quam successorum habere præcepit testator, aut institutor, locum habet transitus de una linea ad aliam, ut decisum extat in *Rot. novissim. decis. 100. p. 2. à num. 2. quam transcripsit Castilb. lib. 6. quotid. cap. 93. à n. 16. Farinac. Rot. novissim. decis. 627. num. 5. p. 2. tom. 2. Peregr. de fideicommiss. art. 27. à num. 15. Gratian. tom. 2. forens. cap. 218. num. 83. idem Castilb. lib. 5. cap. 93. à n. 18.* Unde cum ostensum maneat in persona Actoris reperiri qualitates ab institutore requisitas, ille est præferendus, & melioribus auspicijs certat, quam opponens, qui tempore obitus ultimi possessoris, nec natus, nec conceptus erat, de quo non dubitatur.

### Quoad Illusterrimum Opponentem.

348 Nec adversus supra dicta dubium insurgit non leve, quod Actoris jus non solum turbidum reddere videtur, sed illud enervare, ut placuit sapientissimo Domino tertio loco deliberanti, intendit enim opponens succedere in hoc maioratu ex jure dirivato à persona Domini Ludovici, ultimi possessoris, qui tempore, quo obiit avus suus, erat conceptus in utero, & per consequens aditum

Pars II.

præclusit Actori secundum juris regulam, quæ posthumum habet pro nato in sibi utilibus, *L. qui in utero cum alijs citatis ff. de stat. homin. & cum quilibet ex filijs, ut jam diximus, suam distinctam lineam constituat separatam à communi sti. ite, Reynos observ. 23. num. 6. Molin. lib. 3. cap. 6. num. 31. Giurb. de feud. cap. 2. gloss. 10. num. 28.* in hæc verba: *Quod Doctores ad exemplum linea possessoris considerant etiam lineam primogeniti, cuius ratione primogenitus possessores, ejusque descendentes excludit à successione reliquos fratres suos filios, item possessoris, & eorum descendentes, itaut dum aliquis supersic ex linea primogeniti: Cæteri enijsunque qualitatis non admittantur. Valasc. conf. 171. n. 4. Robles lib. 3. de repræsent. cap. 4. num. 2. & alij citati à Giurb. dict. loco vi. lebatur dicendum, quod stante oppONENTE, in quem fuit transmissum jus dirivatum ex persona Domini Ludovici, cui successit frater Dominus Petrus, non poterat fieri transitus ad lineam transversalem ultimi possessoris.*

Verum huius fundamento prima facie in-  
vitabili plene satisfit ex sequentibus (meo  
videri.) Nam fictio, per quam posthumus ha-  
betur pro nato introducta est ad hæreditates  
legitimæ ab intestato provenientes, ut per  
*Fabrum in jurisprudent. Papin. tit. 4. princ. 3. doctissimus Valentia primarius juris casarij professor Salmanticensis illustrium quæst. lib. 3. tract. 4. cap. 2. num. 8.* in hæc verba: *Ne-  
cessarium omnino fuit ad legitimam hæredi-  
tatem consequendam, ut posthumus pro nato  
haberetur, & in tempus nascendi, omnia ei  
jura reservarentur, ne alioquin eveniret, ut à  
successione exclusus, nec alijs inferioribus præ-  
ferrri, nec in pari gradu constitutis partem fa-  
cere posset. Amaya observ. juris lib 3. cap. 1.  
§. 2. num. 25. ubi ita: *Fatum dum est in ute-  
rabil reputari ad effectum aliquem facien-  
di, & quamvis pro nato habeatur, hoc tamen  
receptum est fictione quadam juris, quæ cum  
habet pro nato, cum de commodis ipsius agitur,  
antea vero quam nascatur nihil esse intelliga-  
tur. Grivel. decis. 108. Senatus Dolani n. 2.  
ubi ita: *Posteriori vero casu, qui casus nosse  
videtur esse, i.e. qui non sunt in resum natura  
tempore cedentis fideicommissi, non sunt admit-  
tendi, quemadmodum enim cum mortuis nullum  
est nobis commercium, ita nec cum ijs, qui  
tempore cedentis fideicommissi non sunt in hu-  
manis, & certe si admitterentur postea nati se-  
queretur illud absurdum, quod dominium sta-  
ret in suspenso, & in aere à tempore cedentis fi-  
deicommissi usque ad tempus rativitatis, ite-  
rim liberorum postea natorum.***

Ex quibus Iurisperiti duo inferunt, pri- 351  
I. iij mum,

## Tractatus de Exclusione, Inclusione,

mum, quod fictio dictæ legis, quæ in utero operari nequit in dispositionibus testamentarijs, in quibus verba non sunt intelligenda civiliter, & per fictionem, sed naturaliter, *Perreir. à Castr. dict. decis. 116. num. 2.* ibi : *Vocatio filii maioris, quæ sufficit, ut intelligamus sensisse de maiori naturaliter, non per fictionem, & ibi: Quia in dispositione hominis verba proprie intelligenda sunt. Valenz. cons. 23. n. 104.* ibi : *Verba debent operari omne possibile, quod fuerit, quia esset plus operari fictionem, quam veritatem, si contrarium diceremus: noster Gam. decis. 307. al. 308. in hæc verba: Verba cuius sit mentio alicuius personæ cum aliqua qualitate, debent intelligi de eo, qui habet vere, & naturaliter illam qualitatem, non autem fictè, vel representative per text. in L. fin. Cod. his qui ven. etat. impet.*

*Larrea* *decis. 24. num. 18.* ibi : *Testantium verba, semper sunt intelligenda in sensu, & significatione naturali, non civili, & subintellecta. Carranc. dict. part. legit cap. 2. §. 4.* ibi : *Dixi in sibi utilibus in utero existentem haberi pro nato, quod intelligas non fieri naturaliter, cum nondum natus homo dici non possit, sed civiliter, hoc est fictione quadam juris, & ibi, de successionibus testamentarijs, in quibus existens in utero non habetur pro nato, ab alijs longe diversis dependet causa. Nec etiam fictio quidquam operatur, si adversetur testatoris voluntati expressæ, vel conjecturæ, Gam. dict. decis. 307. num. 5. Menoch. cons. 357. num. 34. vers. respondetur tertio, Mant. de conjectur. lib. 11. tit. 12. num. 20. ubi ita : Cum enim testator considerat modum, non fit extensio ad casum fictum, & ibi : *Quod licet alias legitimatio retrotrahatur ad tempus nativitatis, non trahitur retro, quoad interpretationem voluntatis, Gratian. forens. tom. 3. cap. 514. num. 17.* sic scribit. *In casibus, in quibus aliquid retrotrahitur, nunquam intelligitur in præjudicium alterius, nisi illius, qui actum facit, ut in collatione, confirmatione, fictione, legitimatione. Tiraq. de retract. lignag. gloss. 10. num. 71. per text. in L. stipulatio de dote ff. de jur. dotium, & in L. insulam §. fin. ff. solut. matr. & est doctrina Bald. cons. 16. Menoch. dict. num. 34. cons. 357. ibi : Respondetur tertio, quod fictio est fundata in æquitate, & secundum eam regulatur, cum ergo aequitas sit pro his nepotibus, qui testatoris voluntatem habens, fictio eis nocere non debet. Insuper dominum bonorum ad maioratum spectantium, statim post mortem possessoris transit ad vocatum in institutione, nec in pendentí per momentum esse potest, Molin. lib. 3. cap. 9. num. 4. & 6. Castilh. contr. lib. 5. cap. 112. num. 17. Gom.**

*L. 45. Tauri à num. 1. Salgad. in labyrinth. cred. 2. p. cap. 9. num. 62. Valasco. de part. cap. 30. num. 27. Agnosco, quod in maioratibus regularibus, in quibus non datur specialis dispositio instituentis, cui obesse nequit fictio dictæ legis qui in utero, satis est successorem esse conceptum ad effectum, ut possit succedere; verum in præsenti institutor maioratus, de quo agitur, præcepit, quod successor extet tempore mortis, & sit masculus, legitimus, & laicus: quomodo, obsecro, possunt hæc qualitates verificari, & reperiri in posthumo, cujus non solum est incerta, sed nulla persona, & ideo, nec institui, nec ex hæredari poterat de Iure Civili, quia non solum est incerta, sed minus, quam incerta persona, quis enim incertior considerari potest illo, qui nec in rerum natura est, & a futurus sit dubitatur, verba sunt doctissimi Valent. illustr. quæst. dict. lib. 3. tract. 4. cap. 2. num. 4. 5. & 6. Valasco. cons. 129. num. 6. & 7.*

Præcipue, quia secundum juris normas 351 posthumus non censetur in dubio institutus, nec invitatus, nisi in aliqua testamenti parte de illo fiat mentio ex text. quem Doctores expressum appellant in L. qui filiabns ff. de legat. 1. in princ. ibi : *Si mentionem aliquatenus testamenti parte postumi fecit, ubi Gloss. verbo fecit, ita ait, non alias, similis Gloss. in L. qui quartam §. quis eodem tit. verbo sentiret, ibi : Quod est si de ea fecit mentionem in testamento, ex Doctoribus unum pro omnibus citare satis sit, insignem, scilicet, præceptorem Roderic. Lop. à Veig. ad tit. de legat. 1. num. mishi 450. qui ex dicta lege filiabus, hanc deducit conclusionem, ibi : Collige, quod legatum relictum filiabus non debetur posthumis in dubio, sed ita demum, si de posthumis in aliqua parte testamenti sit facta mentio. Noster autem Archiepiscopus posthumos oblivioni commendavit, ut institutionem legenti patet; subintratque doctrina Gloss. in dict. L. qui in utero ff. de stat. homin. ibi : *Nisi in casu excogitato, ubi limitat dispositionem illius legis, si ex dispositione testatoris contrarium colligatur, secundum quod ex supradictis inferunt Doctores, est, quod fictio, de qua in dict. L. qui in utero, per quam fingitur natus, & in rerum natura, qui est in utero, solum prodeesse valet posthumis suis, de quibus modo non est sermo, ut statim dicam, nam tempore Iuris Consultorum, quo promulgata est prædicta Lex, posthumus alieni habebant testamenti factionem passivam, nec poterant hæredes institui de Iure Civili, text. est in §. posthumus quoque alieno inst. de legat. L. Gallus §. ille casus ff. de liber. & posthum. ita**

ita per Fabrum in jurisprudent. dict. tit. 4. princip. 3. illat. 3. confut. 4. Carranga de part. legit. cap. 2. §. 4. num. 15. sic limitans decisionem, ex text. in dict. L. qui in utero, ut procedat in posthumo suo tantummodo, non vero in alieno. Et quamvis olim de jure prætorio, & hodie de jure novo posthumus alieni possunt ex testamento capere, ut habetur in §. posthumus. & in §. sed nec hujusmodi inst. de legat. illis prodesse nequit fictio ab antecedenti jure inventa, quæ in illorum favorem non fuit introducta, sed opus erat, ut de jure novo reperiretur concessa; nec nos fictionem inducere possumus de casu ad casum, ut multis citatis juribus, & Doctoribus, quos longum, & fastidiosum esset referre, tenet Salmanticensis præceptor D. Ioseph Vela tom. 2. diss. jur. cap. 31. à num. 7. in hac verba: *Adversus quæ omnia jura proculdubio nititur contraria sententia, fictionem in p̄fato casu inducens, adeo quod illa admittenda non sit, cum constet fictionem ab homine absque legis auctoritate induci nullo modo posse.* Valasco. conf. 148. 2. tom. num. 8. ibi: *Et sola lex fingit, & homo non potest fingere, nec fictionem legis introducit in uno casu ad alium trahere, neque extendere.* Posthumus autem Ludovicus nepos ultimi possessoris non erat suus hæres, nam suus dicitur ille, qui si natus esset, hæres erat illius personæ, de cuius successione agitur, ex text. in §. posthumo inst. de legat. Plane Ludovicus præcedebatur à matre Domina Maria, & non poterat esse hæres avi sui, ut est certo certius, nec allegatione indigeret, proindeque illi prodesse non poterat fictio dictæ Legis qui in utero.

Memoro etiam, quod de asserta institutione maioratus facta à Domino Roderico Episcopo Lamecensi non apparet, nec offeratur instrumentum institutionis, quæ licet in juris rigore scripturam pro forma substantiali non exigat, Reynos. post alios observ. 22. num. 1. tamen quando de institutione, & primæva origine non constat, oportet, quod per quadraginta annorum continuata curricula possideantur bona tanquam vinculata, & unita maioratui asserto, ut cum Gam. Molin. Pelaes, & Menoch. tenet Reynos. ubi proxime num. 1. vel debet probari institutio per alios modos, de quibus Molin. lib. 2. cap. 8. n. 3. & 4. & verificari modus succedendi saltem in duabus personis, seu successoribus juncta continuatione possessionis, Molin. lib. 2. cap. 6. à num. 24. per text. in cap. cum de benef. de præbend. Gam. decis. 218. alias 219. num. 2. Pelaes 4. p. 9. 20. num. 63. & 64. Cum autem hæc omnia desiderentur in præsenti, certius autumno prædiūm de Val de Sobra-

dos pertinentiam esse maioratis de Oliveira, non autem ab illo distinctum, nec separatum, hoc enim concludenter probatur ex testibus à fol. 394.

Quoad illustrissimam Ream, quæ ad meliora translata est, & labentem vitam immortali, & brevem æterna commutavit, non sit mihi locus dicendi, & præclusa est via, quia evictum est quoad exclusionem per tria suffragia præcedentium Dominorum.

Concludo ergo, quod sive maioratus, de quo agitur, sit agnationis, saltem in duabus vocationibus, ut placuit secundo Domino num. 1. & extincta sit agnatio per mortem descendantium masculorum primi vocati, sive dicamus conservatam fuisse agnationem artificiose in posteritate fæminarum, ut tenet prius Dominus num. 9. & tergit secundus num. 12. sive etiam maioratum esse solum masculinitatis, quod in dubium verti nequit, ad conspectum perpetuae exclusionis fæminarum factæ ab institutore, semper dicere cogimur Actorem vocationem habere saltem deductam ex dispositionis forma, ut ostendit primus Dominus num. 31. 32. 33. & 34. ea qua solet dexteritate.

Nec animum nostrum in contrariam fluctuant sententiam eruditissime scripta, & allegata à tertio Domino, qui ad favorem opposentis pronuntiavit, qui agnoscendo doctrinas, quibus nititur suffragium, existimo, illas locum sibi vendicare in maioratu regulari, semota dispositione particulari, in quo solum attenditur ad illas quatuor qualitates satis decantatas in materia maioratum, scilicet, linea, gradus, sexus, & ætas; non vero in maioratu irregulari, qualis est hic, de quo agimus, cuius institutio deflectit à regulis ordinarijs, quia institutor per clausulas particulares recessit à communi forma, ut ostensum manet, & in priori fateor, quod filius, qui si natus extaret, esset successor, habebitur pro nato, si est conceptus tempore mortis p̄fessoris per dictam legem qui in utero, posteriori vero non ita dicendum, per ea quæ ponderata manent.

Hæc dixi, quia muneric mei erat, aliqua in medium proferre, agnoscendo omnia, quæ ad præsens concernunt, non delibata tantum, sed penitus exhausta esse in doctissimis deliberationibus præcedentium Dominorum fæliciori stylo, & elegantissimo calamo, & ut compendio utar, plus in illis est, quod cernitur aspectu, quam quod ore laudari possit. Nec silentij velo contegat eximiam curam, & solicitudinem, qua docti patroni horum collitigantium validissimis incubuerunt remis, fortiaque adversis opposuerunt pectora rebus,